Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, statuit, & decrevit, proximam futuram sessionem habendam, & celebrandam esse feria quinta, post octavam festi nativitatis beatæ Mariæ virginis, quæ erit XVII. mensis Septembris proxime futuri: (a) Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum, ac unicuique sessioni in posterum præfigendum, ipsa sancta synodus, pro ejus arbitrio, & voluntate, sicuti rebus concilii putaverit expedire, etiam in generali congregatione, restringere, & prorogare libere possit, & valeat.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 9. in fin.

SES-

ra que al fin sepan todos con certeza, que estos tesoros de la Iglesia se invierten, no en provecho particular, sino en objetos piadosos (585).

Señalamiento de la futura Sesion.

El Sacrosanto Ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, y presidido por los mismos Legados de la Silla Apostólica, ha establecido y decretado se tenga y celebre la próxima venidera Sesion, el Jueves despues de la octava de la fiesta de la Natividad de la Santísima Virgen, que será el dia 17 del mes inmediato de Septiembre: advirtiendo no obstante, que podrá libremente el mismo Santo Concilio abreviar y prorogar aun en Congregacion general dicho término, y qualquiera otro que en adelante se señale para cada Sesion á su arbitrio y voluntad, segun que vea conviene á los asuntos del Concilio.

SESSIO XXII.

QUÆ EST SEXTA

SUB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XVII. SEPT. M. D. LXII.

Doctrina de sacrificio missæ.

(10) Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, ut vetus absoluta, atque omni ex parte perfecta (*a*) de magno Eucharistiæ mysterio in sancta catholica ecclesia fides, atque doctrina retineatur; & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conservetur; de ea, quatenus verum & singulare sacrificium est, Spiritu sancti illustratione edocta, hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

CAPUT I.

De institutione sacrosancti missæ sacrificii.

Quoniam sub priori testamento, teste Apostolo Paulo, propter (*b*) Levitici sacerdotii imbecilitatem consummatio non erat; oportuit, Deo, patre misericordiarum, ita ordinante, sacerdotem alium secundum

VARIANTES.

(10) *Inedit. Antv. & Col. Vird. Rhem. Brix. & Lov-Bog. simpliciter legitur*: Sacrosancta synodus *&c.* Ut vetus, absoluta atque omni ex parte *&c.*

SESION XXII.

Y LA SEXTA

CELEBRADA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE PIO IV.

EL DIA 17 DE SEPTIEMBRE DE 1562.

Doctrina acerca del sacrificio de la Misa.

El Sacrosanto Ecuménico y general Concilio de Trento, legítimamente congregado en el Espíritu Santo, y presidido por los mismos Legados de la Sede Apostólica, queriendo que en la Iglesia Católica se profese la antigua, plena y perfecta creencia y doctrina del gran misterio de la Eucaristía; y se conserve en su pureza, repelidos los errores y heregías; ilustrado por el Espíritu Santo, enseña, declara y decreta se predique á los fieles christianos acerca de ella en quanto es un verdadero y singular sacrificio lo siguiente.

CAPITULO I.

De la institucion del Sacrosanto Sacrificio de la Misa.

Como en el viejo Testamento no habia, segun atestigua el Apóstol, ninguna cosa acabada y perfecta por

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 13. in princ. (b) Ad Hebr. 7. ✠. 11.

dum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum, Jesum Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noster etsi (*a*) semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium ejus extinguendum non erat: in cœna novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ sponsæ suæ ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinquere (*b*) sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum, repræsentaretur; ejusque (*c*) memoria in finem usque sæculi permaneret; atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur; (*d*) sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit; ac sub earumdem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc novi testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit, per hæc verba: (*e*) *Hoc*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Hebr. 7. ℣. 24. Ad Hebr. 9. ℣. 12. & sqq. Ad Hebr. 10. ℣. 10. & sqq. * Dist. 2. de consecr. c. *Semel immolatus* 52. & ** c. *In Christo* 53. (*b*) Conc. Tolet. XII. c. 5. (*c*) 1. ad Corinth. 11. ℣. 24. 25. & 26. (*d*) Psalm. 109. ℣. 4. * Dist. 2. de consecr. c. *In calicem* 83. & c. *Accipite* 88. (*e*) Luc. 22. ℣. 19. 1. ad Cor. 11. ℣. 24. & 25.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*a*) * Can. *Semel immolatus* 52. dist. 2. de consecr. desumptus dicitur ex Augustini libro sententiarum Prosperi. At hic liber jure merito inter apocrypha Augustini opera rejicitur. Adde quod præsens textus in hoc libro non reperiatur, cum desumptus sit ex cap. 15. libri de corpore & sanguine Domini, qui Lanfrancum Cantuariensem auctorem habet. ** Can. *In Christo*

por la debilidad del Sacerdocio Levítico ; fue conveniente, disponiendolo así Dios , Padre de las misericordias , que naciese otro Sacerdote segun la órden de Melchisedech , es á saber , Jesu-Christo nuestro Señor , el qual pudiese consumar y perfeccionar á quantos hubiesen de ser santificados (586). Este Dios , pues, y señor nuestro , aunque se habia de ofrecer una vez solamente á Dios Padre , muriendo en el ara de la Cruz para obrar en ella la redencion eterna : sin embargo , como por su muerte no habia de acabarse su Sacerdocio ; para dexar en la última cena , la misma noche en que era entregado á su amada esposa la Iglesia un sacrificio visible , segun lo exîge la naturaleza humana , que representase aquel cruento que habia de hacerse una vez en la Cruz ; y la memoria de él durase hasta el fin de los siglos ; y su saludable virtud se aplicase para remision de los pecados que diariamente cometemos; declarandose constituido eterno Sacerdote segun la Orden de Melchisedech ofreció baxo las especies de pan y vino su cuerpo y sangre á Dios Padre (587); y baxo de los símbolos de las mismas cosas lo dió á comer y beber á los Apostoles á quienes establecia entónces Sacerdotes del nuevo testamento (588) ; y por estas palabras : *Haced esto en memoria mia*, les mandó á ellos y á sus sucesores en el Sacerdocio que lo ofreciesen : segun lo ha entendido y enseñado siempre la Iglesia católica (589) : porque des-

to 53. de consecr. dist. 2. per imposturam Ambrosio adscriptus est : desumptus est ex opere tenebrionis cujusdam, quem plures credunt fuisse Hilarium diaconum , qui commentaria scripsit in D. Pauli epistolas. Vide Benedictinos in monito his commentariis præmisso , ad calcem operum S. Ambrosii. (*d*) * Can. *In calicem* 83. dist. 2. de consecr. perperam Ambrosio tributus est , decerptus ex *Lib.* 5. *de sacram. cap.* 1. At sex libri de sacramentis , qui sub Ambrosii nomine prodierunt, per injuriam Ambrosio attributi sunt.

Hoc facite in meam commemorationem: uti semper ecclesia catholica intellexit, & docuit. Nam celebrato veteri pascha, quod in memoriam (*a*) exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit pascha, seipsum ab ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effussionem nos redemit, (*b*) eripuitque de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Et hæc quidem (*c*) illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentum inquinari potest: quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit: quam non obscure innuit Apostolus Paulus, (*d*) Corinthiis scribens, cum dicit: non posse eos, qui participatione mensæ dæmoniorum polluti sint, mensæ Domini participes fieri: per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ (*e*) per varias sacrificiorum, naturæ, & legis tempore, similitudines figurabatur; utpote, quæ bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio & perfectio complectitur.

NOTÆ CHIFLETII.

(*a*) Exod. 13. (*b*) Ad Coloss. 1. ℣. 13. (*c*) Malach. 1. ℣. 11. (*d*) 1. ad Cor. 10. ℣. 20. & 21. (*e*) Gen. 4. ℣. 4. Gen. 12. ℣. 8. Levit. 1. 2. & 3. & alibi.

despues de haber celebrado la antigua Pasqua que la muchedumbre de los hijos de Israël inmolaba en conmemoracion de la salida de Egypto, instituyó una nueva Pasqua, dexandose asimismo para ser sacrificado por la Iglesia por medio de sus Sacerdotes, baxo de signos visibles en memoria de su transito de este mundo al Padre, quando nos redimió derramando su sangre, y nos sacó del poder de las tinieblas y nos llevó á su Reyno (590). Y esta es verdaderamente aquella ofrenda pura que no pueden manchar por indignos y malos que sean los que la hacen (591); y la que predixo el Señor por Malachías se habia de ofrecer limpia en todo lugar á su nombre (592), el qual llegaria á ser grande en las naciones; y la misma que el Apostol San Pablo escribiendo á los Corinthios manifiesta con claridad quando dice: que no pueden participar de la mesa del Señor los que están manchados por la participacion de la mesa de los demonios; entendiendo por mesa en ambas partes el Altar (593). Finalmente esta es aquella ofrenda, que en tiempo de la naturaleza y de la ley se figuraba con varias semejanzas de sacrificios; pues contiene todos los bienes que estos significaban como que es la consumacion y perfeccion de todos ellos (594).

CAPUT II.

Sacrificium missæ est propitiatorium tam pro vivis, quam pro defunctis

Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara crucis semel seipsum (*a*) cruente obtulit; docet sancta synodus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri; ut, si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reverentia, contriti, ac penitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio oportuno. (*b*) Hujus quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia, dimittit. Una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cujus quidem oblationis, cruentæ, inquam, fructus per hanc incruentam uberrime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in (*c*) Christo, nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem, offertur.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Hebr. 9. ℣. 14. &. 28. (*b*) August. de civit. Dei lib. 10. cap. 20. (*c*) Huj. sess. 22. can. 3. Sess. 25. in princ.

CAPITULO II.

El sacrificio de la Misa es propiciatorio, asì por los vivos como por los difuntos.

Y como en este divino sacrificio que se hace en la Misa, se contiene el mismo Jesu-Christo, y se sacrifica incruentemente aquel que se ofreció asimismo una vez derramando su sangre en el ara de la Cruz (595): enseña el Santo Concilio que este sacrificio es verdaderamente propiciatorio (596); y causa de que alcancemos la misericordia, y hallemos la gracia en los auxìlios que Dios nos dará siempre que los necesitemos (597) sì con verdadero corazon y recta fé, con temor y reverencia, contritos y penitentes acudimos á Dios; porque aplacado el Señor con la oblacion de este sacrificio, y concediendonos la gracia y el don de penitencia nos perdona los delitos y pecados por enormes que sean (598). La hostia es una y la misma en realidad, y el que se ofreció á sí propio entónces en la Cruz, es el mismo que ahora se ofrece por ministerio de los Sacerdotes, no habiendo diversidad sino en el modo de ofrecer (599); y tan lejos está de derogar de ninguna manera el incruento sacrificio al cruento, que ántes bien por él se perciben copiosamente los frutos de este (600). Por lo que, segun la tradicion Apostólica no solo se ofrece justamente por los pecados, penas, satisfacciones, y otras necesidades de los fieles vivos, sino tambien por los que murieron en Christo, que no están todavìa purgados enteramente (601).

CA-

CAPUT III.

De missis in honorem sanctorum.

Et quamvis (*a*) in honorem, & memoriam sanctorum nonnullas interdum missas ecclesia celebrare consueverit; non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit; unde nec sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris.

CAPUT IV.

De canone missæ.

Et cum sancta sancte administrari conveniat, (*b*) sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium; ecclesia catholica, ut digne reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum canonem (*c*) multis ante sæculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat. Is enim constat cum ex ipsis Domini ver-

NOTÆ CHIFLETII.

(*a*) August. de civit. Dei lib. 8. cap. 27. Huj. sess. 22. can. 5. Sess. 25. de invocat. sanct. (*b*) * Dist. 2. de consecr. c. *Nihil* 8. (*c*) * Ambr. de sacram. lib. 4. c. 6. August. ad Januar., ad hæc verba Pauli, *Cetera cum venero disponam*: & serm. de corp. Christi, & epist. ad Paulinum. (*2) Ex Apostolica vero traditione emanasse testatur can. *Jacobus* 47. dist. 1. de consecr. (*3) cum gloss. (*4) Vigilius papa epist. ad Eutherium, & Innocentius 3. in cap. *Cum Marthæ* 6. ⁂ de celebr. miss.

CAPITULO III.

De las Misas en honra de los Santos.

Y aunque la Iglesia haya acostumbrado algunas veces celebrar Misas en honra y memoria de los Santos; sin embargo nos enseña que el sacrificio no se ofrece á ellos, y sí á Dios solo que les dió la corona (602); por esta razon el Sacerdote no acostumbra á decir te ofrezco, Pedro ó Pablo, este sacrificio; sino que dando gracias á Dios por sus victorias, implora su patrocinio para que los mismos de quienes hacemos memoria en la tierra, se dignen interceder por nosotros en el Cielo (603).

CAPITULO IV.

Del Cánon de la Misa.

Y siendo conveniente que las cosas santas se administren santamente (604), y siendo este sacrificio el mas santo entre todas las cosas santas, la Iglesia católica ya hace muchos siglos que para que se ofreciese y recibiese con dignidad y reverencia, estableció el sagrado Cánon tan puro de todo error, que no hay en él nada que principalmente no respire cierta santidad y piedad, y eleve á Dios el espíritu de los que le ofrecen (605); pues se compone de las palabras mismas del Se-

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(*b*) * Can. *Nihil* 8. dist. 2. de consecr. est spurius (*c*) * Lib. Ambr. de sacram. sunt apocryphi. (*2) Can. *Jacobus* 47. dist. 1. de consecr. pertinet ad can. 32. concilii Trullani, quod sub nomine concilii sexti laudavit Gratianus. (*3) Perperam citatur glossa, quæ, ut omnes norunt, nullius est auctoritatis, & ineptiis undique scatet. (*4) Vigilius adhuc pseudopapa.

verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque pontificum piis institutionibus.

CAPUT V.

De solemnibus missæ sacrificii cæremoniis.

Cumque (*a*) naturam hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli; propterea pia mater ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quædam summissa voce, alia vero elatiore, in missa pronuntiarentur, instituit. (*b*) Cærimonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa ex apostolica disciplina & traditione, quo & majestas tanti sacrificii commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis & pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

CAPUT VI.

De missa, in qua solus sacerdos communicat.

(*c*) Optaret quidem sacrosancta synodus, ut in singulis missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus sacrificii frutus uberior proveniret: nec tamen, si id non sem-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Augustin. lib. 3. de lib. arb. c. 10. *Humana autem anima.* (*b*) Huj. sess. 22. can. 7. (*c*) Sicut in primitiva ecclesia factum testatur * dist. 1. de consecr. c. *Omnes fideles* 62. & (*2) c. *Peracta* 10. dist. 2. de consecr.

Señor de las tradiciones de los Apostoles, é igualmente de las piadosas instituciones de los Santos Pontífices (606).

CAPITULO V.

De las ceremonias solemnes del sacrificio de la Misa.

Y como la naturaleza humana sea de tal condicion que no pueda elevarse facilmente sin auxîlios exteriores á la contemplacion de las cosas divinas; por tanto la Iglesia nuestra piadosa madre estableció ciertos ritos como el de pronunciar en la Misa unas palabras en voz sumisa, y otras en mas alta (607); añadió varias ceremonias, quales son las bendiciones misticas, luces, aromas, los ornamentos, y otras muchas á este tenor conforme á la disciplina y tradicion de los Apostoles, que recomendasen la magestad de tan grande sacrificio, y excitasen por medio de estos signos sensibles de religion y piedad, el ánimo de los fieles á meditar los misterios mas sublimes que se ocultan en este sacrificio (608).

CAPITULO VI.

De la Misa en que comulga solo el Sacerdote.

El santo Concilio desearia ciertamente que los fieles en todas las Misas á que asisten comulgasen no solamente con el afecto espiritual, sino recibiendo tambien sacramentalmente la Eucaristía, para que de es-

ANIMADV. IN NOTAS CHIFLET.

(c) *Can. *Omnes fideles* 62. dist. 1. de consecr. exhibet. can. 10. ex iis, qui Apostolorum vocantur, & falso Apostolis tributi sunt. (*2) Can. *Peracta* 10. dist. 2. de consec, est spurius.

semper fiat, (*a*) propterea missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas & illicitas damnat, sed probat atque adeo commendat. Si quidem illæ quoque missæ vere communes censeri debent, partim, quo in eis populus spiritualiter communicet, partim vero, quod à publico ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.

CAPUT VII.

De aqua miscenda vino in calice offerendo.

Monet deinde sancta sinodus, præceptum esse (*b*) ab ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent, tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia (*c*) è latere ejus aqua simul cum sanguine exierit, quod sacramentum hac

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Alioqui nec * Fabianus dist. 2. de consecr. c. *Etsi non* 16., nec (*2) conc. Eliberit. dist. 2. de consecr. c. *Omnis homo* 21., nec conc. Tolet. 1. c. 13. probassent certis tantum temporibus communicantes. (*b*) * Synodus 4. cap. 32. Conc. Carth. 3. c. 24. Conc. Bracar. 4. c. 2. Conc. Tribur. ann. 895. c. 19. Decret. Eugenii in conc. Florent. Cyprin. lib. 2. epist. 3. (*2) Dist. 2. de consecr. c. *In sacramentorum* 1. (*3) c. *Non oportet* 4. (*4) c. *Cum omne* 7. & (*5) c. *In calicem* 83. Cap. *Cum Martha* 6. §. *Quæsivisti* 1. ☩ de celebrat. missar. (*c*) Joan. 19. ℣. 34.

ANIMADV. IN NOTAS CHIFLET.

(*a*) * Can. *Etsi non* 16. dist. 2. de consecr. ut & omnia monumenta Fabiano adscripta, sunt spur. ceterum hic textus legitur in concilio Turonensi 3. ann. 813. cap. 50. (*2) Can. *Omnis homo* 21. dist. 2. de consecr. usque ad ℣. *Nec inter catholicos*, nullo modo congruit concilii Eliberitani, utcumque genuinum id esset, temporibus. Quod attinet ad ℣. *Nec inter catholicos*, usque ad fin., continent verba Burchardi, qui, cum lib. 5. cap. 22. supposititium hoc fragmentum retulisset, ad alia descendens,

este modo participasen con mas abundancia del fruto de este santísimo sacrificio (609). Pero aunque esto no siempre suceda así, no por eso reprueba como privadas é ilicitas las Misas en que solo el Sacerdote comulga sacramentalmente, sino que las aprueba y aun las recomienda (610); pues se deben tambien considerar verdaderamente como comunes estas Misas, lo uno porque en ellas comulga espiritualmente el pueblo, y lo otro porque las celebra un Ministro público de la Iglesia, no solo por sí, sino tambien por todos los fieles que pertenecen al Cuerpo de Jesu-Christo (611).

CAPITULO VII.

Del agua que se ha de mezclar con el vino que se ha de ofrecer en el caliz.

Amonesta despues el santo Concilio estar mandado por la Iglesia á los Sacerdotes que mezclen agua con el vino que han de ofrecer en el caliz (612), tanto porque se cree lo practicó así nuestro Señor Jesu-Christo, como tambien porque de su costado salió agua mezcla-

dens, & in cap. 23. descripturus canon 18. concilii Agathensis, qualis apud Gratianum habetur in can. *Seculares* 19. dist. 2. de consecr, pro more suo summarium quoddam, canonis referendi sententiam continens, præmisit: hæc autem Burchardi verba Gratianus credidit ad præcedens Burchardi cap. 22. pertinere, ac propterea ea cum hoc fragmento jungere non dubitavit. (*b*) * Intellige synod. Trullanam, sive Quini-sextam. (*2) Can. *In sacramentorum* dist. 2. de consecr. est spur. (*3) Can. *Non oportet* 4. dist. 2. de consecr., quem Gratianus ait desumptum esse ex concilio Martini papæ, exhibet cap. 55. collectionis Martini Bracarensis, & referendus est ad can. 24. concilii Carthaginensis 3. (*4) Can. *Cum omne* 7. dist. 2. de consecr. perperam attribuitur apud Gratianum Julio papæ Referendus est ad can 2. concilii Bracarensis 4. ann. 675. (*5) Can. *In calicem* 83. dist 2. de consecr. pertinet ad *Lib. 5. de Sacram.*, qui libri Ambrosii nomine editi, sunt apocryphi.

hac mixtione recolitur: & (*a*) cum aquæ in apocalypsi beati Joannis populi dicantur; ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repræsentatur.

CAPUT VIII.

Missa vulgari lingua non celebretur. Ejus mysteria populo explicentur.

Etsi missa magnam contineat populi fidelis eruditionem; (*b*) non tamen expedire visum est patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem retento ubique cujusque ecclesiæ antiquo, & a sancta Romana ecclesia, omnium ecclesiarum matre, & magistra probato ritu, ne oves Christi esuriant, (*c*) neve parvuli panem petant, & non sit qui frangat eis; mandat sancta synodus (*d*) pastoribus, & singulis, curam animarum gerentibus; ut frequenter inter missarum celebrationem vel per se, vel per alios ex iis, quæ in missa leguntur, aliquid exponant; atque inter cetera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Apocal. 17. ℣. 1. & 15. (*b*) Latini Græce, & vicissim Græci Latine celebrare prohibentur, ex constitut. Pii V. *Providentia* 1566. (*c*) Thren. 4. ℣. 4. (*d*) Sess. 5. cap. 2. de ref. Sess. 24. cap. 7. de ref.

clada con sangre, cuyo misterio se renueva con esta mixtion (613), fuera de que llamando el Apocalipsis de San Juan aguas á los pueblos, se representa la union del mismo pueblo fiel con Jesu-Christo su cabeza (614).

CAPITULO VIII.

No se celebre la Misa en lengua vulgar: expliquense sus misterios al pueblo.

Aunque la Misa contiene gran instruccion para los fieles; no han tenido con todo por conveniente los Padres del Concilio el que se celebrase en todas partes en lengua vulgar. (615). Por esta causa, conservando cada Iglesia el rito antiguo y aprobado por la S. R. I. Madre y Maestra de todas las Iglesias, á fin de que las ovejas de Jesu-Christo no padezcan hambre, ni los párvulos pidan pan, y no haya quien se lo parta, manda el santo Concilio á los Pastores y demás encargados del cuidado de las almas, que por sí ó por otros expliquen freqüentemente, durante la celebracion de la Misa, algo de lo que en ella se lee (616); y particularmente expongan algun misterio de este santisimo sacrificio, con especialidad los Domingos y fiestas (617).

CA-

CAPUT IX.

Prologomenon canonum sequentium.

Quia vero adversus veterem hanc, in sacrosancto evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multi disseminati sunt errores, multaque à multis docentur, & disputantur; sacrosancta synodus, post multos, gravesque his de rebus mature habitos tractatus, unanimi patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei; sacræque doctrinæ adversantur, damnare, & à sancta ecclesia eliminare, per subjectos hos canones constituit.

De sacrificio missæ.

CANON I.

Si quis dixerit, in missa non offerri Deo verum, & proprium sacrificium; aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, illis verbis, (*a*) *Hoc facite in meam commemorationem*: (*b*) Christum non instituisse Apostolos sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) 1. ad Cor. 11. ℣. 24. & 25. (*b*) Luc. 22. ℣. 19. Huj. sess. 22. cap. 1. de sacrif. miss.

CAPITULO IX.

Introduccion á los Cánones siguientes.

Pero como en este tiempo se han sembrado un gran número de errores contra esta antigua fé, que está fundada en el sacrosanto Evangelio, en las tradiciones de los Apostoles, y en la doctrina de los Santos Padres, y se enseñan y disputan muchos puntos por no pocas personas; el sacrosanto Concilio despues de haber tratado repetidas veces seriamente y con madurez de este particular, ha determinado con consentimiento unánime de todos los Padres condenar y desterrar de la Iglesia con los siguientes Cánones, quanto se opone á esta purisima fé y sagrada doctrina.

Del sacrificio de la Misa.

CANON I.

Si alguno dixere que en la Missa no se ofrece á Dios un verdadero y propio sacrificio; ó que el ofrecerse no es mas que darnos á comer á Jesu-Christo; sea anatematizado (618).

CANON II.

Si alguno dixere que Jesu-Christo no instituyó Sacerdotes á los Apostoles con aquellas palabras: *Haced esto en memoria mia*; ó que no mandó que los mismos y los demás Sacerdotes ofreciesen su Cuerpo y y Sangre; sea anatematizado (619).

CANON III.

Siquis dixerit, missæ sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, (*a*) non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti; neque pro vivis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, blasfemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in cruce peracto, per missæ sacrificium; aut illi per hoc derogari; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, imposturam esse, missas celebrare (*b*) in honorem sanctorum, & pro illorum intercessione, apud Deum obtinenda, sicut ecclesia intendit; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, canonem missæ (*c*) errores continere, ideoque abrogandum; anathema sit.

NOTÆ CHIFLETII.

(*a*) Hujus sess. 22. cap. 2. de sacrif. miss. (*b*) Huj. sess. cap. 3. de sacrif. miss. (*c*) Huj. sess. cap. 4. de sacrif. miss.

CANON III.

Si alguno dixere que el sacrificio de la Misa es solo de alabanza y de accion de gracias, ó una simple conmemoracion del sacrificio hecho en la Cruz, y no propiciatorio (620); ó que aprovecha meramente al que lo recibe (621); y que no se debe ofrecer por los vivos y difuntos, por los pecados, penas, satisfacciones, y otras necesidades; sea anatematizado (622).

CANON IV.

Si alguno dixere que por el sacrificio de la Misa se comete una blasfemia contra el santísimo sacrificio de Jesu-Cristo executado en la Cruz; ó que por este se deroga á aquel; sea anatematizado (623).

CANON V.

Si alguno dixere que es una impostura celebrar Misas en honra de los Santos, y para alcanzar su intercesion con Dios, como intenta la Iglesia; sea anatematizado (624).

CANON VI.

Si alguno dixere que el Cánon de la Misa contiene errores, y que por lo tanto se debe suprimir; sea anatematizado (625).

CANON VII.

Si quis dixerit, (*a*) cæremonias, vestes, & externa signa, quibus in missarum celebratione ecclesia catholica utitur, irritabula impietatis esse, magis quam officia pietatis; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, missas, (*b*) in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, ecclesiæ Romanæ ritum, quo summissa voce pars canonis, & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; (*c*) aut lingua tantum vulgari missam celebrari debere; (*d*) aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem; anathema sit.

Decretum de observandis & evitandis in celebratione missæ.

Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum missæ sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur; quivis facile existimare poterit, qui co-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. cap. 5. de sacrif. miss. Cap. *Sane* 10. ✠ de celebr. miss. (*b*) Huj. sess. cap. 6. de sacrif. miss. (*c*) Huj. sess. cap. 8. de sacrif. miss. (*d*) Huj. sess. cap. 7. de sacrif. miss. * Dist. 2. de consecr. c. *In sacramentorum* 1.

CANON VII.

Si alguno dixere que las ceremonias, vestiduras, y los signos exteriores de que en la celebracion de la Misa usa la Iglesia católica, mas bien son incentivos de impiedad, que oficios de piedad; sea anatematizado (626).

CANON VIII.

Si alguno dixere que son ilicitas las Misas en que solo el Sacerdote comulga sacramentalmente, y que por eso se deben abolir; sea anatematizado (627).

CANON IX.

Si alguno dixere que debe condenarse el rito que observa la Iglesia Romana de proferir en voz baxa parte del Cánon, y las palabras de la consagracion (628); ó que la Misa se debe celebrar solo en lengua vulgar (629); ó que no se ha de mezclar agua con el vino en el caliz que se ha de ofrecer por ser contra la institucion de Jesu-Christo; sea anatematizado (630).

Decreto sobre lo que se ha de observar y evitar en la celebracion de la Misa.

Quan grande sea el cuidado que se ha de poner en que el sacrosanto sacrificio de la Misa se celebre con todo el culto y veneracion religiosa; lo entenderá qual-

(*d*) * Can. *In sacramentorum* 1. dist. 2. de consecr. est spurius.

cogitarit, maledictum in sacris litteris eum vocari, (*a*) qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessario fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum, ac divinum à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidie immolatur: satis etiam apparet, omnem operam, & diligentiam in eo ponendam esse, (*b*) ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis specie peragatur. Cum igitur multa jam sive temporum vitio, sive hominum incuria, & improbitate irrepsisse videantur, quæ à tanti sacrificii dignitate aliena sunt; ut ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem restituatur; decernit sancta synodus, ut ordinarii locorum episcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere sedulo curent, ac teneantur; quæ vel avaritia, (*c*) idolorum servitus; vel irreverentia, quæ ab impietate vix sejuncta esse potest; vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit. Atque ut multa paucis comprehendantur; in primis, quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum (11) conditiones, pacta, & quidquid pro missis (12) novis celebrandis datur; necnon importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones potius, quam postulationes, aliaque

VARIANTES.

(11) Pacta, conventiones *edit. Brix. Lov-Bog. Vird. & Rhem.*
(12) Nobis *edit. Brix. Lov-Bog. Vird. Rhem. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Jerem. 48. ℣. 10. (b) Sess. 13. cap. 7. de sacram. Eucharist. (c) Ad Ephes. 5. ℣. 5.

qualquiera que considere que las sagradas letras llaman maldito al que hace con negligencia la obra de Dios (631): y pues confesamos necesariamente que los fieles christianos no pueden exercer obra tan santa y divina, como este tremendo misterio, en el que los Sacerdotes diariamente inmolan en el altar aquella hostia vivificante (632) que nos reconcilia con Dios Padre; se manifiesta tambien con bastante claridad que se ha de emplear en él todo cuidado y diligencia, á fin de que se haga con la mayor limpieza y pureza interior de corazon, y muestra exterior de devocion y piedad que sea posible. Pero como parece, ya sea por relaxacion de los tiempos, ó ya por negligencia y depravacion de los hombres que se han introducido muchas cosas, que son agenas de la dignidad de tan grande sacrificio; á efecto de restablecer el respeto y culto que le es debido para gloria de Dios y edificacion del pueblo christiano; determina el Santo Concilio, que los Obispos ordinarios de los lugares tengan especial cuidado, y la obligacion de prohibir y remover todo quanto ha introducido la avaricia, que es una especie de idolatria, ó la irreverencia, que es inseparable de la impiedad, ó la superstición falsa imitadora de la verdadera piedad (633). Y para decirlo en pocas palabras sepase lo primero que tocante á la avaricia, prohiben absolutamente toda clase de pactos, condiciones relativas á qualesquier recompensas y salarios; y lo que se dá por la celebracion de las Misas nuevas; y asimismo aquellas que mas bien deben llamarse importunas y forzadas exâcciones de limosnas que demandas, y otras cosas semejantes que no distan mucho de la mancha de simonía, ó á lo ménos de una sórdida ganancia (634). Además para evitar la irreverencia, prohiban

ca-

que hujusmodi, quæ à Simoniaca labe, vel certe turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeant. Deinde ut irreverentia vitetur; singuli in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago, & ignoto sacerdoti missas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publice, & notorie criminosus sit, aut sancto altari misnistrare, aut sacris interesse permittant; neve patiantur (*a*) (13) privatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à sæcularibus, (*b*) aut regularibus quibuscumque peragi: ac nisi prius qui intersint, decenter composito corporis habitu, declaraverint se mente etiam, ac devoto cordis affectu, non solum corpore adesse. Ab ecclesiis vero (*c*) musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid miscetur, item (*d*) sæculares omnes acciones, vana, atque adeo profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant; ut (*e*) domus Dei, vere domus orationis esse videatur, ac dici possit. Postremo, ne superstitioni locus aliquis detur; edicto, & pœnis propositis caveant, ne sacerdotes aliis, quam debitis horis, celebrent, neve ritus alios, aut alias cœremonias, & preces in missarum celebratio-

VARIANTES.

(13) *Privatis abest ab edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Laodic. c. 58. Conc. Carth. 2. c. 9. * Dist. 1. de consecr. c. *Sicut* 11. (*2) c. *Missarum* 12. (*3) c. *Hic ergo* 14. & (*4) c. *Clericos* 34. (*5) Anaclet. epist. 1. (*b*) Cap. *Auctoritate* 4. de privileg. in 6. (*c*) Conc. Autissiodor. c. 9. Conc. Cabilon. 1. c. 19. (*d*) Pœnas pecuniarias adiecit Pius V. in bulla *Cum primum* 1566. (*e*) Isaiæ 56. ℣. 7. Matth. 21. ℣. 13.

cada uno en su Diócesis que no diga Misa ningun Sacerdote vagamundo y desconocido (635). Tampoco toleren que sirva al santo Altar, ni esté presente en los oficios divinos el delinqüente público y notorio (636); ni permitan celebrar este Sacrificio á qualesquier Sacerdotes Seculares ó Regulares en casas particulares (637), ni de manera alguna fuera de la Iglesia, ni en los Oratorios dedicados únicamente al culto divino, y que señalarán y visitarán los mismos Ordinarios; y á no ser que los asistentes manifestaren con un exterior modesto que están allí no solo con el cuerpo, sino con el espíritu é interior devocion (638). Destierren tambien de sus Iglesias aquellas musicas en que ya en el órgano ó en el canto se mezcla algo de lascivo é impuro (639), como tambien todos los actos mundanos, conversaciones vanas y profanas, paseos, ruidos y vocinglerías; para que con eso la casa de Dios parezca y pueda llamarse con verdad casa de oracion (640). Finalmente para no dar ninguna entrada á la supersticion, providencien por medio de edictos y señalamiento de penas que los Sacerdotes no celebren en otras horas que en las debidas (641), ni usen en la Misa de otros ritos ó de otras ceremonias y oraciones fuera de aquellas que por una freqüente y loable costumbre estuvieren aprobadas y recibidas por la Iglesia (642). Destierren enteramente de la Iglesia el abuso inventado mas

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Sicut* 11. dist. 1. de consecr. est spurius. (*2) Can. *Missarum* 12. dist. 1. de consec. male apud Gratianum adscriptus est concilio Triburiensi: pertinet ad can. 9. conc. Moguntini ann. 888. (*3) Can. *Hic ergo* 14. dis. 1. de consecr. est spurius. (*4) Can. *Clericos* 34. dist. 1 de consecr. est can. 31. conc. Trullani. (*5) Anacleti epist. 1, est spuria,

tione adhibeant, præter eas, quæ ab ecclesia probatæ, ac frequenti, & laudabili usu receptæ fuerint. Quarumdam vero missarum, & candelarum certum, numerum qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religione inventus est, omnino ab ecclesia removeant: doceantque populum, quis sit, & à quo potissimum proveniat sanctissimi hujus sacrificii tam pretiosus, ac (14) cælestis fructus. Moneant etiam eumdem populum, ut frequenter (a) ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, & majoribus festis accedant. Hæc igitur omnia, quæ summatim enumerata sunt, omnibus locorum ordinariis ita proponuntur, ut non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint ipsi pro data sibi à sacrosancta synodo potestate, ac etiam ut delegati sedis apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque ad ea inviolate servanda, censuris ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus in Spiritu sancto legitime congregata præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, ut reformationis negotium prosequatur; hæc in præsenti sessione statuenda censuit.

CA-

VARIANTES.

(14) Prope cælestis *edit. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.*

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANO-AMERICANOS
BIBLIOTECA

mas por un culto supersticioso que por la verdadera Religion de decir un número determinado de Misas, y poner un cierto número de luces (643); y enseñen al pueblo qual es y de donde proviene el fruto tan precioso y celestial de este santisimo sacrificio (644). Amonesten tambien al mismo pueblo que asista con freqüencia á sus Parroquias, especialmente en los Domingos y grandes festividades (645). Todas estas cosas referidas en compendio se proponen á cada uno de los Ordinarios, para que no solo procediendo en virtud de la potestad que el Sacrosanto Concilio les concede, sino tambien como Delegados de la Sede Apostolica las prohiban, manden, corrijan y establezcan, y otras qualesquiera que juzgen relativas á esto mismo, y apremien á su inviolable observancia á los fieles con censuras ecclesiásticas, y otras penas que se dexan á su arbitrio: no obstante qualesquiera privilegio, exencion, apelacion y costumbre (646).

Decreto de reforma.

El mismo sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, legitimamente congregado en el Espíritu Santo, y presidido por los mismos Legados de la Silla Apostólica, para proseguir la materia de reforma, ha juzgado establecer en la presente Sesion los decretos siguientes.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Ut Dominicis* 2. ☩ de paroch. Conc. Agath. c. 21. & 63. Caus. 9. q. 2. c. *In Dominicis* 4. & c. *Nullus presbyter* 5.

CAPUT I.

Decreta de vita & honestate clericorum innovantur.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam (*a*) eorum vita, & (*b*) exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim á rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tamquam (*c*) speculum, reliqui oculos conjiciunt; ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, (*d*) ut habitu, gestu, incesu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum, præ se ferant; leviat etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo majores in ecclesia Dei & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda; statuit santa synodus, ut quæ alias à summis pontificibus, & à sacris conciliis de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, commenssationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, nec non sæcularibus negotiis fugiendis copiose, ac salubriter sancita fuerint; eadem

NOTÆ CIFFLETII.

(*a*) Sess. 25. cap. 1. de ref. (*b*) Dist. 23. c. *Hic igitur* 3. (*c*) Matth. 5. ℣. 14. & 16. Ad Tit. 2. ℣. 7. Cap. *Qualiter* 17. ☧ de accusat. Dist. 21. c. *Cleros* 1. (*d*) Sess. 14. in proœm. de ref. Sess. 24. cap. 12. de ref. Tit. ☧ de vit. & hon. cleric. Idem tit. in 6. & Clement. * Dist. 5. de consecr. c. *Non oportet* 36. cum c. sq. 37. Caus. 14. q. 4. c. *Canonum* 3. Caus. 21. q. 3. c. *Cresta* 2. Conc. Carthag. 3. cap. 15. Conc. Calched. c. 3. Conc. Arelat. 2. c. 14. Conc. Matiscon. 1. c. 5. & 2. Conc. Nicæn. 1. c. 17. (*2) Conc. Carth. 4. cap. 44. & sqq. Conc. Nicæn. 2. c. 16. (*3)

CAPITULO I.

Renuevanse los decretos sobre la vida y honestidad de los Clérigos.

Nada hay que instruya con mas freqüencia en la piedad y culto de Dios que la vida arreglada y el buen exemplo de los que se han dedicado al ministerio divino (647): porque viendolos elevados en un lugar superior á las cosas del mundo, todos los demás ponen en ellos los ojos como en un espejo; y de ellos toman lo que han de imitar (648). Por esta razon conviene absolutamente que los Clérigos llamados á ser partícipes de la suerte del Señor, arreglen de tal manera su vida, y todas sus costumbres, que en su trage, aspecto, modo de andar, conversacion, y en todo lo demás no manifiesten sino gravedad, moderacion, y que estan llenos de religion (649); huyendo tambien de caer en culpas leves, que en ellos serian gravisimas, para que sus acciones causen veneracion en los demás (650). Y por lo mismo de que estas cosas quanto mayor provecho y adorno traen á la Iglesia de Dios, tanto mas exâctamente se han de observar, establece el santo Concilio, que lo que los Sumos Pontífices y los sagrados Concilios tienen ya repetida, y saludablemente mandado acerca de la vida, honestidad, decencia en el vestir, y ciencia que han de guardar los Clérigos, y asimismo acerca de que huyan del luxo, de

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADIDT.

(*d*) * C. *Non oportet* 36. dist. 5. de consecr. conferendus est cum can. 41. & 42. concilii Laodiceni, nam exhibet corruptam sententiam can. 41. Laodiceni. (*2) conc. Carth. 4. est supposit. (*3) consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

dem in posterum iisdem pœnis, vel majoribus, arbitrio ordinarii imponendis, observentur: nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse compererint; ea quamprimum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque; ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.

CAPUT II.

Quinam ad cathedrales ecclesias assumendi.

Quicumque posthac ad ecclesias cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à sacris (a) canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro ordine antea, saltem sex mensium spatio, constitutus. Quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla, aut recens in curia fuerit, à sedis apostolicæ legatis, seu nuntiis provinciarum, aut ejus ordinario, eoque defi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Cùm in cunctis* 7. & cap. *Cum nobis* 19. ✠ de elect. Cap. *Grave nimis* 29. ✠ de præb. Sess. 24. cap. 1. de ref. Sess. 7. cap. 1. de ref. Conc. Sardic. cap. 13., alibi 10. Nicol. 1. epist. 7. ad Mich. imp., apud Labbe conc. tom. 8. pag. 292. Conc. Bracar. 2. cap. 20. * Dist. 28. c. *De Syracusanæ* 13. ** Dist. 61. per tot.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *De Syracusanæ* 13. dist. 28. videtur spurius: magis etiam sæculi X. vel XI., quam Pelagii temporibus congruit. ** Ex dist. 61. eliminandi sunt, utpote spurii, can. *Miserum* 4., can. *Miramur* 5., can. *Statuimus* 8. & can. *Catinensis* 17.

de los banquetes, bayles, juegos de suerte, y otras diversiones, y de qualesquier delitos, como tambien de los negocios seculares; lo mismo se guarde tambien en adelante, baxo de las mismas penas ó mayores que el Ordinario impondrá á su arbitrio (651); sin que la apelacion suspenda esta execucion (652) que mira á la correccion de las costumbres. Y si hallaren estar sin uso algunas de dichas determinaciones; procuren quanto ántes restablecerlas, y que todos las observen puntualmente no obstante qualesquier costumbres; para que Dios no castigue en ellos con las debidas penas su negligencia en corregir á sus súbditos (653).

CAPITULO II.

Quienes han de ser electos para las Iglesias Catedrales.

El que en adelante haya de ser electo para las Iglesias Catedrales, no solamente ha de tener todas las qualidades que requieren los sagrados Cánones en punto á nacimiento, edad, costumbres, vida, y otras circunstancias (654), sino que ha de estar constituido seis meses ántes por lo ménos en las Ordenes sagradas (655); de cuyos requisitos si no estuviere enterada la Curia, ó tuviere una reciente noticia, se informe de los Legados de la Silla Apostólica, ó de los Nuncios de las Provincias, ó del Ordinario local, y á falta de éste, de los Ordinarios mas cercanos (656). Además, esté dotado de la instruccion suficiente para cumplir con el cargo que se le confiera (657); para lo qual es justo haya recibido ántes en alguna Universidad el grado de Maestro ó Doctor, ó de Licenciado en Sagrada Teología ó en Derecho Canonico (658); ó acredite con testimonio público de alguna Aca-

ficiente, à vicinioribus ordinariis sumatur. Scientia vero præter hæc ejusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere. Ideoque antea in (*a*) universitate studiorum magister, sive doctor, aut licentiatus in sacra theologia, vel jure canonico merito sit promotus; aut publico alicujus academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quod si regularis fuerit, à superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, unde instructio, seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias, graviter oneratas esse scient; ac Deum, & superiores suos habebunt ultores.

CAPUT III.

Statuendæ distributiones quotidianæ ex tertia parte quorumcumque fructuum: portio absentium quibus cedat: certi casus excepti.

Episcopi, etiam tamquam delegati apostolici, ex fructibus, & proventibus quibuscumque, omnium dignitatum, personatuum, & officiorum, in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis existentium (*b*) tertiam partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas, dividere possint; ut scilicet, qui eas obtinent, si personaliter competens (15) sibi servitium juxta formam, ab eisdem episcopis prescribendam, quo-

VARIANTES.

(15) Ibi *edit. Dil. Vird. Rhem. Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Vide const. Pii V. *Quamvis* 1568. (*b*) Sess. 21. cap. 3. de ref. *

demia su capacidad para enseñar á los demás (659); y siendo regular presente igual testimonio de los Superiores de su Religion. Pero todos los arriba dichos de quienes se ha de tomar informe ó certificacion, deban practicarlo con fidelidad y gratuitamente: de lo contrario sepan que sus conciencias quedarán gravadas mortalmente, y que los castigarán Dios y sus Superiores (660).

CAPITULO III.

Establezcanse distribuciones quotidianas que se han de sacar de la tercera parte de todos los frutos. A quien se ha de aplicar la porcion de los ausentes. Exceptuanse algunos casos.

Los Obispos aun como Delegados Apostolicos puedan dividir la tercera parte de qualesquier frutos y emolumentos de todas las dignidades, personados y oficios que haya en sus Iglesias Catedrales ó Colegiatas en distribuciones que asignarán á su arbitrio (661); de suerte que si aquellos que las obtienen faltaren personalmente en qualquiera dia establecido á su ministerio, segun la forma que los mismos Obispos prescriban; pierdan la distribucion de aquel dia, y de ningun modo adquieran su dominio (662), sino apliquese á la fábrica de la Iglesia si lo necesitare, ó á otro lugar pio á voluntad del Ordinario (663); y si continuasen en faltar procedan contra ellos, segun lo prescripto por los sagrados Cánones (664). Pero si alguna de las expresadas dignidades no tu-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLETII. ET ADDIT.

(b) * Consule addit. ad not. Chifflet. ad cap. 3. de ref. sess. 21.

Decernit sancta synodus, inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in postestates raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. (*b*) Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit; eam raptor in uxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, (*c*) ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac (*d*) perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces; &, si

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Immunitatem* ult. ☧ de immun. eccles. Cap. *Quia frustra* 14. ☧ de usur. (*b*) Cap. *Accedens* ult. ☧ de raptor. (*c*) Conc. Calched. c. 27. caus. 36. q. 2. c. *Eos qui* 1. & * c. *De puellis* 4. (*d*) * Caus. 3. q. 4. c. *Consanguineorum* 4. ** Caus. 3. q. 5. c. *Constituimus* 9.

sin esperanza de conseguir dispensa (920); lo que con mucha mas razon tenga lugar con el que tuviere atrevimiento, no solo de contraer matrimonio, sino tambien de consumarlo (921). Si lo executare por ignorancia, y hubiere omitido el observar las solemnidades que se requieren para contraer matrimonio, sufran las mismas penas (922); pues no es digno de experimentar facilmente la benignidad de la Iglesia, el que despreció temerariamente sus saludables preceptos (923). Pero si habiendo guardado todas las solemnidades, se llega despues á saber, que existe algun impedimento de que tuvo una ignorancia probable; entónces se le podrá conceder con mas facilidad y gratuitamente dispensa (924). No se conceda (925) absolutamente ninguna dispensa para contraer matrimonio, ó sea rara vez, y esto gratuitamente, y mediando causa. Nunca se dispense en el segundo grado, como no sea en favor de grandes Príncipes, y pidiendolo así la causa pública (926).

CAPITULO VI.

Establecense penas contra los raptores.

El Santo Concilio establece que no puede haber matrimonio (927) entre el raptor y la muger robada, mientras permaneciere esta en poder del raptor, pero si apartada ella de él, y puesta en lugar libre y se-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) Can. *De puellis* 4. caus. 36. q. 2. inepte adscribitur concilio Cabilonensi: pertinet ad cap. 32. cap. Aquisgran. ann. 816. *Apud Baluz. Tom. I. pag.* 568. *edit. Part.* 1677. (d) * Can. *Consanguineorum* 4. caus. 3. q. 4. est spurius ** Can. *Constituimus* 9. caus. 3. q. 5. est spurius.

si clerici fuerint, de proprio gradu decidant. (a) Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sive eam in uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare.

CAPUT VII.

Vagi caute matrimonio jungendi.

Multi sunt (b) qui vagantur, & incertas habent sedes, &, ut improbi sunt ingenii, prima uxore relicta, aliam, & plerumque plures, illa vivente, diversis in locis ducunt. Cui morbo cupiens sancta synodus occurrere, omnes, ad quos spectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant: magistratus etiam sæculares hortatur, ut eos severe coerceant: parochis autem præcipit, ne illorum matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, &, re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Exod. 22. ℣. 16. & 17. Cap. *Si seduxerit* 1. ⁂ da adulter.
* (b) Conc. Agath. c. 25.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Consule pro Belgio edict. 9. Julii 1570. art. 60. Edict. de discipl. milit. 20. Mart. 1706. verbo: *Rap.* Conces. Carolin. pro civit. Gand. 30. April. 1540. art. 51. pro civit. Contrac. 4. Novemb. 1540. art. 25. & ampliat. ejusd. April. 1545. art. 25. pro civit. Aldenard. 9. Novemb. 1540. art. 23.

seguro, consintiere en recibirle por marido, entonces el raptor pueda casarse con ella (928); pero sin embargo, así este como todos los que le dén consejo, auxîlio y favor, sean excomulgados *ipso jure*, é infames para siempre, como tambien incapaces de obtener ningunas dignidades (929); y si fueren Clérigos, sean depuestos de su grado (930). Esté obligado además el raptor á dotar decentemente, á arbitrio del Juez, á la muger robada, ya se hubiere casado ó no con ella (931).

CAPITULO VII.

Procedase con mucha precaucion en casar á los vagamundos.

Son muchos los que andan vagando sin tener domicilio fixo, y siendo de mala indole, desamparada la primera muger, se casan en varios parages con otra, y las mas veces con muchas, viviendo aquella: por tanto, deseando el Santo Concilio remediar semejante mal, amonesta paternalmente á todos aquellos á quienes toca, que no admitan facilmente á contraer matrimonio á esta casta de hombres vagamundos; y exhorta tambien á los Magistrados civiles á que los castiguen rigorosamente (932). Manda igualmente á los Curas Párrocos que no asistan á sus matrimonios sin haber hecho ántes una exâcta averiguacion, y obtenido licencia del Ordinario de executarlo despues de haberle dado cuenta del asunto (933).

CAPUT VIII.

Concubinatus gravissime punitur.

Grave peccatum est, homines solutos concubinas habere; gravissimum vero, & in hujus magni sacramenti singularem contemptum admissum, uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, ac audere eas quandoque domi, etiam cum uxoribus alere, & retinere. Quare, ut huic tanto malo sancta synodus opportunis remediis provideat, statuit hujusmodi concubinarios, tam solutos, quam uxoratos, (*a*) cujuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint; seque ab earum consuetudine non sejunxerint, excommunicatione feriendos esse; à qua non absolvantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinatu per annum, censuris neglectis, permanserint; contra eos ab ordinario severe pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, (*b*) sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publice vivunt, (*c*) si ter admonitæ non paruerint; ab ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ puniantur; & extra oppidum, vel diœcesim, si id eisdem ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit, brachio sæ-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 25. cap. 14. de ref. Conc. Roman. sub Nicolao 2. c. 12. Conc Later. sub Leone 10. sess. 9. de ref. curiæ & alior. ℣. *Concubinarii.* Conc. Tolet. 1. c. 17. Dist. 34. c. *Is qui* 4. * (*b*) Conc. Arelat. 2. c. 3. Dist. 34. c. *Fraternitatis* 7. cap. *Si concubine* 55. ꝥ de sent. excomm. (*c*) Cap. *Si quisquam* 2. ꝥ de cohab. cleric. & mulier.

CAPITULO VIII.

Se castiga con graves penas el concubinato.

Es grave pecado el que los hombres solteros tengan concubinas; pero mucho mas lo es, y con singular desprecio de este grande Sacramento del matrimonio, que los casados vivan tambien en este estado de condenacion, y se atrevan á tenerlas y mantenerlas muchas veces en su casa, aun en compañía de sus mugeres (934); por lo qual, queriendo el Santo Concilio poner los remedios convenientes á un mal de tanta consideracion, establece que semejantes concubinarios, así solteros como casados, de qualquier estado, dignidad y condicion que sean, si despues de amonestados sobre ello tres veces por el Ordinario (935), aun procediendo de oficio, no despidieren á las concubinas, y se apartaren del trato con ellas, se les imponga la pena de excomunion (936), de la que no sean absueltos hasta que hubieren obedecido efectivamente á la amonestacion que se les ha hecho (937). Y si no haciendo caso de las censuras, permanecieren un año en el amancebamiento, proceda el Ordinario (938) severamente contra ellos, atendida la calidad del delito. Las mugeres casadas ó solteras que viven públicamente con los adulteros ó concubinarios, si amonestadas tres veces no obedecieren, sean castigadas de oficio rigorosamente por los Ordinarios, segun la gravedad de la culpa, aunque no haya parte que pida, y sean desterra-
das

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(*a*) * Consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

sæculari, ejiciantur: (*a*) aliis pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus.

CAPUT IX.

Ne domini temporales aut magistratus quiquam libertati matrimonii contrarium moliantur.

Ita plerumque temporalium dominorum, ac magistratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, ut viros, & mulieres, sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hereditatis habentes, minis, & pœnis adigant cum iis matrimonium invitos contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illis præscripserint. (*b*) Quare cum maxime nefarium sit, matrimonii libertatem violare, & ab eis injurias nasci, à quibus jura expectantur; præcipit sancta synodus omnibus, cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub (*c*) anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quovis modo directe, vel indirecte subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus libere matrimonia contrahant.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Easdem innovat & auget Sixtus 5. bulla *Ad compescendum* 1586. (*b*) Cap. *Cum locum* 14. cap. *Requisivit* 17. & cap. *Gemma* 29. ꝶ de sponsal. & matrim. (*c*) Conc. Paris. 3. c. 6. caus. 36. q. 2. c. *Nullus* 6.

CA-

das del Lugar ó Diócesis, si así pareciese al mismo Ordinario, invocando si fuere necesario el auxîlio del brazo seglar: permaneciendo (939) en su vigor las demás penas impuestas contra los adulteros y concubinarios.

CAPITULO IX.

Los Señores Temporales ó Magistrados no maquinen cosa alguna opuesta á la libertad del matrimonio.

Los afectos mundanos y la codicia ofuscan de tal modo, con tanta freqüencia, los ojos del entendimiento de los Señores Temporales y de los Magistrados, que obligan con amenazas y penas á los hombres y mugeres que viven baxo de su jurisdicion, especialmente á los ricos, ó á los que esperan una quantiosa herencia, á que contraigan por fuerza matrimonio con aquellas personas que los mismos Señores ó Magistrados les han señalado. Por lo que siendo una maldad exêcrable violar la libertad del matrimonio, y recibir injurias de aquellos de quienes se espera la justicia; manda el Santo Concilio, só pena de excomunion, en que se incurra *ipso facto*, á todos, de qualquier grado, dignidad y condicion que sean, no obliguen de ningun modo, directa ó indirectamente á sus súbditos, ú á otros qualesquiera á que contraigan matrimonio contra su voluntad (940).

CAPUT X.

Nuptiarum solemnitates certis temporibus prohibentur.

(*a*) Ab adventu Domini nostri Jesu Christi usque in diem epiphaniæ, & à feria quarta cinerum usque in octavam paschatis inclusive, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari sancta synodus præcipit: in aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit: quas episcopi, ut ea, qua decet, modestia, & honestate fiant, curabunt. (*b*) Sancta enim res est matrimonium, & sancte tractandum.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosanta synodus, reformationis materiam prosequens, hæc in præsenti sessione statuenda decernit.

CAPUT I.

Norma procedendi ad creationem episcoporum & cardinalium.

(*c*) Si in quibuslibet ecclesiæ gradibus providenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit in-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Laodic. c. 52. Conc. Salegunst. cap. 3. caus. 33. q. 4. c. *Non oportet* 8. cum * 3. sqq. Cap. *Capellanus* 4. ✠ de feriis. (*b*) Dist. 26. c. *Deinde* 3. (*c*) * Dist. 61. c. *Miramur* 5.

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*a*) * Can. *Non licet* 9. caus. 33. q. 4. exhibet cap. 48. collectionis Mar-

CAPITULO X.

Prohibense las solemnidades de las nupcias en ciertos tiempos.

El mismo Santo Concilio manda observen (941) todos cuidadosamente las antiguas prohibiciones de las bodas solemnes, desde el Adviento de nuestro Señor Jesu-Christo, hasta el dia de la Epifanía, y desde el Miércoles de Ceniza, hasta la octava de Pascua *inclusive*; pero en los demás tiempos permite se celebren estas bodas solemnemente (942); las que los Obispos cuidarán (943) se hagan con la modestia y honestidad correspondiente, pues el matrimonio (944) es una cosa santa, y se ha de tratar santamente.

Decreto de reforma.

Prosiguiendo el mismo Sacrosanto Concilio la materia de la reforma, determina establecer en la Sesion presente lo que sigue.

CAPITULO I.

Modo de proceder á la creacion de los Obispos y Cardenales.

Si en qualesquier grados de la Iglesia se ha de cuidar con prudencia y sabiduría que en la casa del Se-

Martini Bracarensis, & pertinet ad can. 51. & 52. conc. Laodiceni. ** Can. *Non oportet* 10. caus. 33. q. 4. non reperitur in conc. Ilerdensi. Forte referendus erit ad c. 3. conc. Salegunstadiensis ann. 1022. (e) * Can. *Miramur* 5. dist. 61. est spurius.

inordinatum, nihilque præposterum; multo magis elaborandum est, ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini status, & ordo nutabit, si, quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Unde etsi (*a*) alias sancta synodus de promovendis ad catedrales, & superiores ecclesias nonnulla utiliter decrevit; hoc tamen munus hujusmodi esse censet, ut si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, ut cum primum ecclesia vacaverit, supplicationes, ac preces publice, privatimque habeantur; atque à capitulo per civitatem, & diœcesim indicantur; quibus clerus, populusque bonum à Deo pastorem valeat impetrare. Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque jus, quacumque ratione, à sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos pastores, & ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, (*b*) non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed, eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint; & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos sciant,

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 6. cap. 1. de ref. Sess. 7. cap. 1. & 3. de ref. Sess. 22. cap. 2. de ref. * (*b*) Conc. Tolet. 4. cap. 19.

Señor nada esté desordenado, ni fuera de su debido lugar; mucho mas se ha de trabajar para que no se yerre en la eleccion de aquel que se constituye sobre todos los grados: pues el estado de toda la familia del Señor y el órden peligrará, si lo que se requiere en el cuerpo no se halla en la cabeza (945): por cuyo motivo, aunque el Santo Concilio ha dado en otra parte varias disposiciones útiles acerca de los que han de ser promovidos á las Catedrales é Iglesias superiores; sin embargo tiene por tan importante este ministerio, que si se considera la grandeza del asunto, parece que nunca se pueden tomar bastantes precauciones acerca de él. Y así establece que inmediatamente que vacare una Iglesia se hagan rogativas y oraciones públicas y particulares; y el Cabildo las publique por la Ciudad y Diócesis, con las quales el Clero y el Pueblo puedan pedir á Dios (946) les conceda un buen Pastor. Exhorta y amonesta á todos, y á cada uno de los que por qualquier razon tienen algun derecho de la Sede Apostólica para elegir á los que han de gobernar las Iglesias, ó que por otra parte concurren á ello, sin innovar nada en este asunto, atendido el estado actual de las cosas, que se acuerden principalmente de que nada pueden hacer que sea mas útil á la gloria de Dios, y á la salvacion de los pueblos, que el procurar se promuevan buenos é idoneos Pastores para gobernar la Iglesia; y que haciendose cómplices de los pecados agenos pecan mortalmente (947) sino procuran con cuidado (948) se elijan los que ellos mismos juz-

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Consule pro Belgio relation. gest. circa conc. Tri. promulgat. & recept.

sciant, (*a*) quæ juxta sacros canones, & Tridentinæ hujus synodi decreta requiruntur. Quoniam vero in sumendo de prædictis omnibus qualitatibus gravi, idoneoque bonorum, & doctorum virorum testimonio, non uniformis ratio ubique ex nationum, populorum, ac morum varietate potest adhiberi; (*b*) mandat sancta synodus, ut in provinciali synodo, per metropolitanum habenda, præscribatur quibusque locis, & provinciis propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, sanctissimi Romani pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis, atque opportuna esse videbitur: ita tamen, ut, cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit; ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, (*c*) ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad sanctissimum Romanum pontificem omnino transmittatur: ut ipse summus pontifex, plena totius negotii, ac personarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam reperti fuerint, ecclesiis possint utilius providere. Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes, quæcumque de promovendi qualitatibus, & ecclesiæ statu à quibuscumque, etiam in Romana curia, habitæ, per cardinalem, qui relationem facturus erit in consistorio, & alios tres cardinales diligenter examinentur;

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Cum in cunctis*. 7. Cap. *Cum nobis olim* 19. ℣ de elect. Conc. Lateran. sub Leone 10. sess. 9. de ref. curiæ in princ. Sess. 22. cap. 2. de ref. cum allegat. (*b*) Prescribitur alia forma in bulla Gregorii 16. ann. 1590. quæ incipit *Onus* (*c*) Vide bullam Pii 4. super forma juramenti professionis fidei,

juzgaren mas dignos y mas útiles á la Iglesia, no atendiendo en esto sino al merito de las personas, y no dexandose llevar de súplicas ó inclinaciones humanas, ó de las sugestiones de los pretendientes; y á los que sepan son hijos de legítimo matrimonio, y estando dotados de las circunstancias de buena conducta, edad competente, ciencia, y todas las demás calidades que requieren (949) los Sagrados Cánones, y los decretos de este Concilio Tridentino. Pero como por la variedad de las naciones, pueblos y usos, no puede establecerse en todas partes un mismo método para informarse de todas las referidas calidades por testimonio grave é idoneo de sugetos buenos y doctos; manda el Santo Concilio se prescriba en el Concilio Provincial que celebrará el Metropolitano, la forma particular de exâmen, averiguacion ó informacion que se ha de practicar en cada lugar y provincia, y que se juzgue mas útil (950) y oportuna á los mismos lugares, la que aprobará á su arbitrio el mismo Santísimo Pontífice Romano; pero de modo que acabado despues este exâmen ó averiguacion acerca de la persona que se ha de promover; se reduzca á instrumento público con todo el testimonio, y la profesion de fé hecha por él se remita íntegra quanto ántes al Santísimo Romano Pontífice, para que su Santidad enterado plenamente del asunto, y con noticia de los sugetos pueda, en beneficio del rebaño del Señor, proveer (951) con mas utilidad estas Iglesias en ellos, si por medio del exâmen ó averiguacion hecha se les hallare idoneos. Qualesquiera averiguaciones, informaciones, testimonios y pruebas hechas acerca de las qualidades del promovendo, y del estado de la Iglesia por qualquier persona, aun en la Corte de Roma, exâminelas cuida-

tur; ac relatio ipsa cardinalis relatoris, & trium cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor cardinales affirment, se adhibita accurata diligentia, invenisse promovendos qualitatibus à jure, & ab hac (*a*) sancta synodo requisitis, præditos; ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse, qui ecclesiis preficiantur: ita ut relatione in uno consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud consistorium judicium differatur; nisi aliud beatissimo pontifici videbitur expedire. Ea vero omnia, & singula, quæ de episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus alias in eadem synodo constituta sunt, decernit eadem, etiam in (*b*) creatione sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, etiam si diaconi sint, exigenda; quos sanctissimus Romanus pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos repererit assumet. Postremo, eadem sancta synodus, tot gravissimis ecclesiæ incommodis commota, non potest non commemorare, nihil magis ecclesiæ Dei esse necessarium, quam ut beatissimus Romanus pontifex, quam solicitudinem universæ ecclesiæ ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi cardinales asciscat; & bonos maxime, atque idoneos pastores singulis ecclesiis præficiat; idque eo magis, quod ovium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officii immemorum pastorum regimi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Dict. loc. (*b*) Quid in creatione cardinalium observandum, vide in const. Sixti 5. *Postquam* 1586. & *Religiosa* 1587.

dadosamente el Cardenal que haga relacion en el Consistorio y otros tres Cardenales; cuya relacion corroborese con la firma del Cardenal ponente, y de los otros tres: certifiquen en ella los quatro Cardenales cada uno de por sí, que habiendo empleado una exácta diligencia, han hallado dotados á los promovendos de las qualidades que requiere el derecho y este Santo Concilio; y que tienen por cierto, só pena de condenarse, que son aptos para gobernar las Iglesias (952) los que estén nombrados; de manera, que hecha la relacion en un Consistorio á fin de que se pueda exâminar entretanto con mayor madurez la informacion practicada se difiera el juzgar de ella para otro Consistorio; á no ser que el Sumo Pontífice juzgue conveniente otra cosa (953). Determina que todas y cada una de las disposiciones que el mismo Concilio tiene dadas acerca de la vida, edad, doctrina, y demás qualidades de los Obispos elegidos, establecidas en otra parte por el mismo Concilio, se observen igualmente en la creacion de los Cardenales de la Santa Romana Iglesia, aunque sean Diáconos (954); los quales el Santísimo Pontífice Romano elegirá de todas las Naciones de la christiandad, segun lo permita la comodidad, y segun los hallare idoneos (955). Ultimamente, movido este mismo Santo Concilio de tantas y tan graves aflicciones de la Iglesia, no puede ménos de acordar, que nada es tan necesario á la Iglesia de Dios, como el que el Beatísimo Pontífice Romano, que por la obligacion de su dignidad debe tener cuidado de la Iglesia universal, lo aplique especialmente á no admitir en ella por Cardenales sino á los mas selectos (956), y coloque para el gobierno de las Iglesias los mejores y mas idoneos Pastores; con tanto mayor motivo quanto nuestro Señor Jesu-Chris-

to

mine peribunt, Dominus noster Jesus Christus (*a*) de manibus ejus sit requisiturus.

CAPUT II.

Synodus provincialis quolibet triennio, diœcesana quotannis celebrentur: qui eas cogere, quive illis interesse debeant.

Provincialia concilia, sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis (*b*) aliisque ex sacris canonibus (*c*) permissis renoventur. Quare metropolitani per se ipsos, seu, illis legitime impeditis, coepiscopus antiquior intra annum ad minus à fine præsentis concilii, & deinde (*d*) quolibet saltem triennio post octavam paschæ resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore pro more provinciæ non prætermittat synodum in provincia sua cogere: quo episcopi omnes, & alii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, exceptis his, quibus cum imminenti periculo transfretandum esset, convenire omnino teneantur. Nec episcopi comprovinciales prætextu cujuslibet consuetudinis ad metropolitanam ecclesiam in posterum accedere inviti compellantur. Itidem episcopi, qui nulli archiepiscopo subjiciuntur, aliquem vicinum metropolitanum semel

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ezech. 3. ỳ. 18. Ezech. 33. ỳ. 8. Act. 20. ỳ. 26. Dist. 43. c. *Ephesiis* 4. Sess. 6. cap. 1. de ref. (*b*) Dist. 18. c. *Propter ecclesiasticas* 4. & c. *Non oportet* 5. Cap. *Sicut olim* 25. ẍ. de accusat. Conc. Aurelian. 2. c. 1. & 2. (*c*) Hujus sess. 24. cap. 12. de ref. * (*d*) Conc. Lateran. sub Leone 10. sess. 10. Conc. Lateranense sub Innocentio 3. cap. 6. exigebat, ut singulis annis metropolitanus visitaret.

to le ha de pedir cuenta de la sangre de sus ovejas, que perezcan por el mal régimen de los Pastores negligentes y que se olviden de su obligacion (957).

CAPITULO II.

Celebrese Concilio Provincial cada tres años, y Diocesano cada año. Quienes deban congregarlos, y quienes asistir á ellos.

Si hubiese cesado en alguna parte la costumbre de celebrar Concilios Provinciales, restablezcase á efecto de arreglar en ellos las costumbres, corregir los desórdenes, componer las diferencias, y tratar de las demás cosas que permiten los Sagrados Cánones (958). Por cuyo motivo los Metropolitanos personalmente, ó estando legitimamente impedidos, el Obispo mas antiguo de ella no dexe de convocar un Concilio en su Provincia dentro del año á lo ménos desde la conclusion del presente Concilio, y en lo sucesivo de tres en tres años, pasada la octava de la Pasqua de Resurreccion de nuestro Señor Jesu-Christo, ó en otro tiempo mas cómodo, segun el uso de la Provincia (959): en el qual tengan obligacion de hallarse todos los Obispos, y otros que por derecho ó costumbre deben asistir (960) á él, exceptuando aquellos que corriesen peligro inminente de pasar el mar (961). En adelante no se precise con pretexto de ninguna costumbre á los Obispos Comprovinciales á que vayan contra su voluntad á la Iglesia Metropolitana (961). Respecto á los Obispos que no es-

ADDIT. AD NOT. CHIFFLETII.

(c) * Consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulgat. & recept.

mel eligant; in cujus synodo provinciali cum aliis interesse debeant; & quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, & privilegia salva, atque integra maneant. (*a*) Synodi quoque diœcesanæ quotannis celebrentur: ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cesante exemptione, interesse deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, synodo interesse. Quod si in his tam metropolitani, quam episcopi, & alii suprascripti negligentes fuerint; pœnas, sacris (*b*) canonibus sancitas, incurrant.

CAPUT III.

Qua ratione visitatio ab episcopis facienda.

Patriarchæ, primates, metropolitani, & episcopi propriam diœcesim per se ipsos, (*c*) aut, si legitime impediti fuerint, per suum generalem vicarium, aut visitatorem, si quotannis totam propter ejus latitudinem visitare non poterunt, saltem majorem ejus par-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Basil. *sess.* 15. Conc. Tolet. sub Sixto 4. cap. 1. (*b*) * Dist. 18. fere per tot. Conc. Aurelian. 5. c. 18. Conc. Tarracon. 1. c. 6. Conc. Tolet. 11. cap. 15. Conc. Basil. sess. 15. ** (*c*) Conc. Tolet. 4. c. 36. caus. 10. q. 1. c. *Episcopum* 11. *.

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(*b*) * Can. *Placuit* 1. dist. 18. referendus est ad can. 6. concilii Bracarensis ann. 563. & male adscribitur conc. Cabilonensi. Can. *Episcopus ad* 9. est suppositit. Can. *Episcopus non* 11. male adscribitur conc. Turonen-

están sujetos á ningun Arzobispo; elijan de una vez algun Metropolitano vecino suyo; á cuyo Sínodo provincial deban asistir con los demás; observando y haciendo observar (962) lo que en él se hubiere decretado; pero en todas las demás cosas permanezcan salvos é íntegros su exêncion (963) y privilegios. Celebrense tambienn (964) Synodos Diocesanos todos los años; á los que tengan asimismo obligacion de acudir (965) todos aquellos que deberían asistir si no tuviesen exêncion, ni estuviesen sujetos á capítulos generales. Los que cuidan de Iglesias Parroquiales ú de otras Seculares aun anexas, deban sin distincion alguna concurrir por razon de ellas (966) al Synodo; y si acerca de lo expresado, tanto los Metropolitanos como los Obispos y demás sobredichos fueren negligentes, incurran (967) en las penas establecidas por los Sagrados Cánones.

CAPITULO III.

Como deben los Obispos visitar sus Diócesis.

Los Patriarcas, Primados, Metropolitanos y Obispos deben hacer la visita de su Diócesis por sí mismos, ó estando legítimamente impedidos por su Vicario general ó Visitador, y si no pudiesen visitarla toda cada un año por su mucha extension, concluyanla á lo ménos de la mayor parte, de manera que la hagan toda en dos años, ó por sí ó por sus Visitadores (968). Los Me-

nensi, & forte referendus est ad capitulare Aquisgranense ann. 789. c. 23. Can. *Propter* 15. pertinet ad cap. 18. collect. Martini Bracarensis, & referendus est ad can. 20. conc. Antiocheni Can. *Annis singulis* 16. laudatus sub nomine conc. Bylouensis, forte referri poterit ad conc. Hipponense ann. 393. ** Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 24. & Mechlin. ann. 1607. tit. 26. (*c*) * Consule pro Belgio relation. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

partem, ita tamen, ut tota biennio per se, vel visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. A metropolitanis vero, etiam post plene visitatam propriam diœcesim, non visitentur cathedrales ecclesiæ, neque diœceses suorum comprovincialium, nisi causa cognita & probata in concilio provinciali. Archidiaconi autem, decani, & alii inferiores in iis ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem, assumpto notario, de consensu episcopi deinceps per seipsos tantum ibidem visitare. Visitatores etiam, à capitulo deputandi, ubi capitulum jus visitandi habet, prius ab episcopo approbentur: sed non ideo episcopus, vel, eo impedito, ejus visitator easdem ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur: cui ipsi archidiaconi, vel alii iferiores, visitationis factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneantur: non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis quibuscumque. Visitationum autem omnium istarum (*a*) præcipuus sit scopus, sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere; bonos mores tueri, pravos corrigere; populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere; cetera, prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ ut facilius, feliciusque succedant; monentur prædicti omnes, & singuli, ad quos visitatio spectat, ut paterna caritate, Christianoque zelo omnes am-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Romana* 1. §. *Sane* 4. de censibus in 6. Dist. 85. c. *Archidiaconum* 1.

Metropolitanos sin causa conocida y aprobada por el Concilio Provincial, no visiten las Iglesias Catedrales, aun despues de haber visitado enteramente su propia Diócesis, ni tampoco las Diócesis de los Obispos de su Provincia (969). Pero los Arcedianos, Deanes, y otros inferiores que hasta aquí han acostumbrado á exercer legítimamente la visita de algunas Iglesias, deban en lo sucesivo continuar haciendolas (970) con consentimiento del Obispo, y solo por sí mismos, y asistidos de su Notario: igualmente los Visitadores que nombre un Cabildo que tenga derecho de visitar, sean ántes aprobados por el Obispo, á quien no por eso se le podrá impedir (971) á que por su parte haga separadamente la visita de las mismas Iglesias, ó comisione á este fin á su Visitador si estuviese impedido: ántes bien los dichos Arcedianos y demás inferiores deban en el término de un mes despues de hecha la visita darle cuenta de ella, y presentarle las declaraciones de los testigos, y todos los autos obrados: sin embargo de qualquier costumbre aun (972) inmemorial, y de toda excepcion y privilegio. El principal objeto de estas visitas sea establecer una doctrina sana y católica, desterrar las heregías; mantener las buenas costumbres; corregir las malas, y excitar al pueblo con exhortaciones y amonestaciones á la religion, á la paz y al arreglo de vida; y hacer las demás cosas que el lugar, el tiempo y la ocasion proporcionen para provecho de los fieles, segun lo juzgase la prudencia de los Visitadores (973): y para que todas estas cosas se executen con mas facilidad y felicidad; se amonesta á todos y cada uno de los sobredichos á quien corresponde la facultad de visitar, que abracen á todos con amor paternal, y zelo christiano; y que así, contentandose con un mode-

amplectantur; ideoque modesto contenti equitatū, famulatuque studeant quam celerrime, debita tamen cum (44) diligentia, visitationem ipsam absolvere. Interimque caveant, ne inutilibus sumptibus (*a*) cuiquam graves, onerosive sint; neve ipsi aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili: (*b*) exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis (45) tantum necessitate, & non ultra erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere, id quod erat (46) ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum: an vero prædicta victualia subministrare: salvo item jure conventionum antiquarum cum monasteriis, aliisve piis locis, aut ecclesiis non parochialibus inito, quod illæsum permaneat. In his vero locis, seu provinciis, ubi consuetudo est, ut nec victualia, nec pecunia, nec quid-

VARIANTES.

(44) Debita tamen cum reverentia, *edit. Vird. Rhem. Lov-Bog. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

(45) Temporis tamen *edit. Vird. Rhem. Lov-Bog. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

(46) Ab *deest in edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Conc. Bracar. 3. c. 1. & 2. Conc. Ticinense anni 853. ☧. *Statuimus etiam, ne episcopi &c.* Caus. 10. q. 3. c. *Placuit* 1. c. *Cavendum* 7. & c. *Inter cætera* 8. c. *Cum Apostolus* 6. ☧ de censib. (*b*) Cap. *Si episcopus* 6. de offic. ordin. in 6. *

derado equipage y servicio de criados (974) procuren concluir quanto ántes sea posible la visita (975), empleando en ella sin embargo el debido cuidado. Guardense entretanto de no agravar ó molestar á nadie con gastos inútiles (976); y ni ellos mismos, ni alguno de los suyos reciban nada con título de derecho de visita, aun de los testamentos en que se dexa algo para usos piadosos, exceptuando lo que por derecho se debe de los Legados pios, ó baxo de qualquier otro nombre (977), como tampoco dinero, ni presente sea el que fuere, y de qualquier modo que se ofrezca: sin que obste costumbre alguna aun inmemorial (978): á excepcion de los comestibles, los que se les suministrarán frugal y moderadamente (979) á él y sus familiares, solo por el tiempo que necesiten para la visita y nada mas. Sin embargo, los Visitados tengan libertad de pagar en dinero si quisiesen lo que segun la tasa antigua estaban acostumbrados á pagar, ó bien suministrar los dichos viveres (980), salvo no obstante el derecho adquirido por los antiguos convenios hechos con los Monasterios y otros Lugares pios ó Iglesias que no sean Parroquiales, el qual quede ileso (981). Pero en aquellos Lugares ó Provincias donde se acostumbre que los Visitadores no reciban viveres, dinero ni otra cosa, sino que todo lo practiquen gratuitamente, continuese observandolo así (982). Y si alguno, lo que Dios no quiera, se atreviese á tomar algo mas en todos los casos expresados (983), además de restituir el duplo dentro de un mes, sea castigado (984) sin remision, con

ADDIT. AD NOT. CHIFFLETII.

(b) * Consule pro Belgio edit. 11. Maji 1771. (*) Consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

quidquam aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant; ibi id observetur. Quod si quisquam, quod absit, aliquid amplius in supradictis omnibus cassibus accipere præsumpserit; is præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam, aliis etiam pœnis juxta constitutionem concilii generalis Lugdunensis, quæ incipit, (a) *Exigit*, nec non & aliis pœnis in syodo provinciali arbitrio synodi, absque ulla spe veniæ multetur. Patroni vero in iis, quæ ad sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere; neque visitationi ornamentorum ecclesiæ aut bonorum stabilium, seu, fabricarum proventibus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat; sed episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarum redditus in usus ecclesiæ necessarios, & utiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent.

CAPUT IV.

Prædicationis munus à quibus & quando obeundum: ecclesia parochialis ad audiendum verbum Dei adeunda. Nullus contradicente episcopo prædicet.

Prædicationis munus, (b) quod episcoporum præcipuum est, cupiens sancta synodus, quo frequentius possit ad fidelium salutem exerceri; canones alias super hoc editos, sub fel. rec. (c) Paulo III. aptius præsentium temporum usui accommodando, mandat,

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Exigit* 2. de censib. in 6. (b) * Conc. Carth. 4. cap. 20. Conc. Rem. 2. cap. 14. & 15. ** Dist. 88. c. *Episcopus nullam* 6. (c) Sess. 5. cap. 2. de ref.

con todas las demás penas establecidas por la constitucion del Concilio general de Leon, que empieza: *Exigit*, y tambien con las demás penas que el Concilio Provincial tenga por conveniente imponer, sin esperanza alguna de perdon. Pero los Patronos no se propasen á entrometerse en lo perteneciente á la administracion de los Sacramentos; ni se mezclen tampoco en la visita de los ornamentos de la Iglesia, ni en las rentas de bienes raices ó fábricas; á no estarles concedida esta facultad por la institucion y fundacion (985), sino que los mismos Obispos executen todas estas cosas, y procuren (986) que los productos de las fábricas se empleen en los usos necesarios y útiles de la Iglesia, segun les pareciere mas acertado.

CAPITULO IV.

Quienes podrán predicar, y quando se les ha de conceder la licencia para exercer este ministerio: asistase á la Iglesia Parroquial á oir la palabra de Dios; ninguno predique contra la voluntad del Obispo.

Deseando el Santo Concilio que la predicacion de la palabra de Dios, que es el principal cargo de los Obispos (987), se exerza con la mayor freqüencia posible para la salvacion de los fieles; acomodando con mas oportunidad al uso de los tiempos presentes los Cánones que ya publicó sobre este punto en tiempo de Paulo III. de feliz memoria, manda que los Obispos (988) expliquen por sí mismos en su Iglesia la

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(c) * Conc. Carth. 4. est suppositit. ** Can. *Episcopus nullam* dist. 88. est. spur.

dat, ut in ecclesia sua ipsi per se, (*a*) aut, si legitime impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus assument, (47) in aliis autem ecclesiis, per parochos, sive, iis impeditis, per alios ab episcopo impensis eorum, qui eas præstare vel tenentur, vel solent, deputandos in civitate, aut in quacumque parte diœcesis censebunt expedire, saltem omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis: tempore autem jejuniorum, quadragesimæ, & adventus Domini quotidie; vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, sacras scripturas, divinamque legem annuntient; & alias, quotiescumque id opportune fieri posse judicaverint. Moneatque episcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochiæ suæ interesse, ubi commode id fieri potest, (*b*) ad audiendum verbum Dei. Nullus autem sæcularis, sive regularis, etiam in ecclesiis suorum ordinum, contradicente episcopo, prædicare præsumat. Iidem (48) etiam saltem Dominicis, & aliis festivis diebus pueros in singulis parochiis (*c*) fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab iis; ad quos spectavit, doceri curabunt; &,

VARIANTES.

(47) *Verba*, in aliis autem ecclesiis, per parochos, sive, iis impeditis, per alios ab episcopo impensis eorum, qui eas præstare vel tenentur, vel solent, deputandos *absunt ab edit. Vird. & Rhem.*

(48) Etiam episcopi, *edit. Vird. Rhem. Lov-Bog. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Arelat. 6. c. 10. Conc. Lateran. sub Innocentio 3. cap. 10. Conc. Mogunt. ann. 1549. cap. 49. Cap. *Inter cætera* 15. ꝰ de offic. judic. ordin. Sess. 5. cap. 2. de ref. * (*b*) * Conc. Carth. 4. cap. 24. ** Dist. 1. de consecr. c. *Sacerdote* 63. Capitulare Theodulfi episcopi Aurelianensis ad parochiæ suæ sacerdotes cap. 46. apud Labb. concil. tom. 7. pag. 1136. (*c*) Vide const. Pii 5. *Ex debito* 1571. quam ampliavit Gregorius 13. 30 Octob. 1572. *

la Sagrada Escritura, y prediquen la palabra de Dios, ó si estuvieren legítimamente impedidos, lo hagan por otros que nombrarán para este ministerio (989), como tambien los Curas en sus Parroquias por sí mismos, ó estando impedidos por otros (990 que elijan los Obispos, sea en la Ciudad ó en otro qualquier lugar de la Diócesis que les parezca conveniente, á expensas de aquellos que están obligados ó acostumbrados á hacerlas (991), y esto á lo ménos en todos los Domingos y dias solemnes de fiesta; pero en tiempo de los ayunos, de Quaresma, y del Adviento del Señor, todos los dias; ó á lo ménos tres á la semana, si lo tuvieren por conveniente, y en los otros tiempos siempre que estimaren haber oportunidad para ello (992). Y amoneste el Obispo cuidadosamente al pueblo que cada uno está obligado á asistir á su Parroquia á oir la palabra de Dios (993), habiendo proporcion para ello. Ningun secular ó regular se atreva contra la voluntad del Obispo á predicar aun en las Iglesias de su órden (994). Los mismos Obispos cuidarán tambien que á lo menos los Domingos y otros dias festivos, aquellos á quienes corresponda enseñen con cuidado, cada uno en su Parroquia, á los niños los rudimentos de la fe, y la obediencia á Dios y á sus padres, y siendo necesario les obligarán á cumplir con esta obligacion, aun con censuras eclesiásticas; no obstante qualquier privilegio

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Vide pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 2. & 17. Item. Mechlin. ann. 1607. tit. 11. & 16. (b) * Conc. Carth. 4. est supposit. ** Can. *Sacerdote* 63. dist. 1. de consecr. est spur. (c) * Vide pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 21. & Mechlin. ann. 1607. tit. 11. cap. 4. 5. & 6.; item litteras principis Isabellæ Claræ Eugeniæ 29. Julii 1630.

&, si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent: non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus. In reliquis ea, quæ de prædicationis munere (a) sub eodem Paulo III. decreta fuerunt suum robur obtineant.

CAPUT V.

Causæ criminales contra episcopos, majores à solo summo pontifice, minores à concilio provinciali cognoscantur.

Causæ criminales (b) graviores contra episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione, aut privatione dignæ sunt (c) ipso tantum summo Romano pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si ejusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nis imetropolitanis, aut episcopis, à beatissimo papa eligendis. Hæc vero commissio & specialis sit, & manu ipsius sanctissimi pontificis signata; nec umquam plus his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum pontificem transmittant (d): reservata eidem sanctissimo sententia definitiva. Cetera alias sub fel. rec. Julio III. super his decreta, nec non & constitutio sub Innocentio III. in concilio generali, quæ incipit (e) *Qualiter & quando*, quam sancta synodus in præsenti innovat, ab omnibus observetur. Minores vero criminales causæ episcoporum in concilio tantum provinciali cognoscantur, & termi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 5. cap. 2. de ref. (b) Conc. Sardic. c. 3. & 4. Cap. *Ad abolendam* 9. ꝙ de hæret. * (c) Confirmatur bulla Pii 5. *Si de protegendis* 1569. (d) Sess. 13. cap. 6. 7. & 8. de ref. (e) Cap. *Qualiter & quando* 17. ꝙ de accusat.

gio ó costumbre (995). En todas las demás cosas queden en su fuerza y vigor los decretos que acerca del cargo de la predicacion se dieron en tiempo del mismo Paulo III (996).

CAPITULO V.

Solo el Sumo Pontífice conozca de las causas criminales mayores contra los Obispos, y el Concilio Provincial de las menores.

Solo el Sumo Romano Pontífice conozca y determine las causas criminales (997) mas graves contra los Obispos, aun las de heregía, lo que Dios no quiera suceda, que sean dignas de la pena de deposicion ó privacion. Y si la causa fuere de tal naturaleza, que sea necesario cometerla fuera de la Curia Romana, no se cometa absolutamente sino á los Metropolitanos ú Obispos que elija el mismo Sumo Pontífice (998). Pero esta comision sea especial, y esté firmada de mano del mismo Santísimo Padre; quien nunca les conceda otra cosa que el que reciban la instruccion del hecho, y formen el proceso que remitan inmediatamente al mismo Romano Pontífice (999); quedando reservada la sentencia difinitiva (1000) al mismo Santísimo Padre. Finalmente, observen todos las demás cosas decretadas acerca de este punto en tiempo de Julio III. de feliz memoria, y asimismo la constitucion hecha en el Concilio general en el Pontificado de Inocencio III. la qual empieza: *Qualiter et quando,*

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*b*) * Consule pro Belgio relation. gest. circa conc. Trid. promulgat. & recept.

minentur, vel à deputandis per concilium provinciale.

CAPUT VI.

Episcopus quando, & quomodo possit absolvere à crimine & dispensare in irregularitate, & suspensione.

Liceat episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus (*a*), excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum (*b*), dispensare; & in quibuscumque casibus occultis (*c*), etiam sedi apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in diœcesi sua per seipsos, aut vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absolvere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum vicariis, sit permissum.

CAPUT VII.

Sacramentorum virtus, antequam populo administrentur, ab episcopis & parochis explicetur; inter missarum solemnia sacra eloquia explanentur.

Ut fidelis populus ad suscipienda sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat;

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 14. cap. 7. de ref. Dist. 50. c. *Miror* 4. & c. *Contumaces* 21. (*b*) Consule bullam *Cœnæ Domini* * (*c*) De quibus in conc. Lateran. sub Alexandro 3. part. 14.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*b*) * Bulla *Cœna Domini* numquam in Belgio fuit admissa aut publicata, sed ex eo, ut & plerisque è regnis, exulare jussa.

do, que el Santo Concilio renueva por el presente Decreto (1001). En quanto á las causas criminales menores de los Obispos, conozca únicamente de ellas el Concilio Provincial, y determinelas, ó bien las personas que depute el mismo Concilio Provincial (1002).

CAPITULO VI.

Quando y de que modo puede el Obispo absolver del crimen, y dispensar en la irregularidad y suspension.

Puedan los Obispos dispensar en qualquier especie de irregularidad y suspension, provenientes (1003) de delito oculto, excepto la que proceda del homicidio voluntario (1004), ó quando hay instancia pendiente en el fuero contencioso (1005); y absolver gratuitamente en su Diócesis en el fuero de la conciencia por sí, ó por el Vicario que comisione, especialmente á este fin, en qualquier casos ocultos, aun los reservados á la Silla Apostólica, á qualesquier delinquentes súbditos suyos, imponiendoles una penitencia saludable (1006). Esto mismo seales licito (1007) á ellos solos en el crimen de heregía en el fuero de la conciencia; pero no á sus Vicarios.

CAPITULO VII.

Los Obispos y Párrocos expliquen la virtud de los Sacramentos ántes de administrarlos al pueblo; expliquese la Sagrada Escritura durante la Misa.

A fin de que los fieles lleguen con mas reverencia y devocion á recibir los Sacramentos; manda el San-

dat; præcipit sancta synodus episcopis omnibus, ut non solum cum hæc per seipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, & usum pro suscipientium captu explicent, sed etiam idem à singulis parochis pie, prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit, servari studeant, juxta formam, à santa synodo in catechesi singulis sacramentis præscribendam; quam episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à parochis omnibus populo exponi curabunt: necnon ut (*a*) inter missarum solemnia, aut divinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent; eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.

CAPUT VIII.

Publicè peccantibus publica pœnitentia injungatur, nisi episcopo aliter videatur. Pœnitenciarius in cathedralibus instituendus.

Sicuti (*b*) publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius, evenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi utilitate satisfiat: sic frequentius legem solvere, exemploque potius, quam certo personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. (*c*) Quapropter sciant universi, sacratissimos canones exacte ab omnibus, &, quoad ejus fieri poterit, indistinte observandos. Quod si urgens, juxtaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, cum aliquibus dispensandum es-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 25. cap. 6. de ref. Dist. 63. c. *Valentinianus* 3. * Dist. 95. c. *Episcopus in ecclesia* 10. Dist. 96. c. *Quis dubitet* 9. (*2) c. *Duo sunt* 10. & (*3) c. *Si Imperator* 11. Cap. *Solitæ* 6. Ẍ de major. & obed. (*b*) Caus. 1. q. 7. c. *Requiritis* 5. & c. *Dispensationes* 16. (*c*) Dist. 19. c. *Si Romanorum* 1. & * c. *Enimvero* 4. **. Caus. 1. q. 7. c. *Si quis omnem* 2. Cap. *Canonum* 1. Ẍ de const.

y órden, se acuerden en todas partes que son Padres y Pastores (1393); y á todos los demas, así Príncipes como otros qualesquiera, que les traten con honor paternal y la debida reverencia (1394).

CAPITULO XVIII.

Guardense exâctamente los Cánones: y siempre que haya de dispensarse en ellos hagase con suma madurez.

Así como conviene al bien público el aflojar muchas veces el vínculo de la ley para conseguir mas plenamente la utilidad comun, acomodandose á los varios accidentes y necesidades que ocurren: del mismo modo, el dispensar con demasiada freqüencia de la ley, y atendiendo mas al exemplo, que á ciertas razones particulares de las personas y de los asuntos, condescender con los que lo piden, no es otra cosa que abrir á todos la puerta á la transgresion de las leyes (1395). Por esta razon, pues, sepase generalmente, que todos deben observar exâcta é indistintamente (1396), en quanto sea posible, los muy Sagrados Cánones. Pero si alguna urgente y justa razon, y alguna mayor uti-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*a*) * Can. *Episcopus in ecclesia* 10. dist. 95. est supposit. (*2) Integrum textum c. *Duo sunt* 10. dist. 96. male adscribit Gratianus Gelasio papæ: tantum enim in epist. Gelasii reperitur usque ad §. *Talibus igitur* 2. Sed integer textus reperitur lib. 8. epist. Gregorii 7. espist. 21. ad Herimann. Metensem. (*3) Can. *Si imperator* 11. dist. 96. Joanni 8. adscriptus, ejus temporibus non convenit. Suspicio est eum referendum esse ad monumenta, quæ Anselmus Lucensis effinxit. (*c*) * Can. *Enim vero* 4. dist. 19. est spurius. ** Can. *Si quis omnem*. 2. saus. 1. q. 7. congestus est ex variis, & quidem non integris, concilii Nicæni 2. fragmentis.

esse; (*a*) id, causa cognita, ac summa maturitate atque gratis, à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præestandum: aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur.

CAPUT XIX.

Monomachia, pœnis gravissimis irrogatis, prohibetur.

Detestabilis (*b*) duellorum usus, fabricante diabolo, introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur: imperator, reges, duces, principes, marchiones, comites, & quocumque alio nomine, domini temporales; qui locum ad (*c*) monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint; eo ipso sint excommunicati; ac jurisdictione, & dominio civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permisserint, quod ab ecclesia obtinent, privati intelligantur; &, si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. (*d*) Qui vero pugnam commisserint; & qui eorum patrini vocantur; excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant; & ut homicidæ, (*e*) juxta sacros canones, puniri debeant. Et, si in ipso conflictu decesserint; perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui con-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *De peregrinationis* 1. ✠ de vot. & vot. redempt. (*b*) Caus. 2. q. 5. c. *Monomachiam*. 22. Cap. *Felicis* 1. ✠ de torneam. (*c*) Vide decreta Nicolai 1. tit. 20. (*d*) Bulla Gregorii 13. *Ad tollendum* 1582. extendit id ad duella privata (*e*) Cap. *Henricus* 2. ✠ de cleric. pugnant. in duell. Tit. ✠ de homic. & tit. ✠ de troneam. *

utilidad, pidiere algunas veces el que se dispense con algunas personas; practiquese esto precediendo conocimiento de causa, y con suma madurez y gratuitamente por aquellos á quienes corresponda concederlo: la dispensa hecha de otro modo tengase por subrepticia.

CAPITULO XIX.

Prohibese el duelo con gravísimas penas.

Destierrese enteramente del orbe christiano la costumbre detestable de los duelos (1398), introducida por arte del demonio para lograr la ruina de las almas con la sangrienta muerte de los cuerpos (1399): el Emperador, los Reyes, Duques, Príncipes, Marqueses, Condes, y señores Temporales de qualquier título, que concedieren lugar en sus estados para el desafio entre christianos, sean por el mismo hecho excomulgados (1400), y entiendanse privados de la jurisdicion y dominio de la Ciudad, Castillo ó Lugar que tienen de la Iglesia, en el qual ó junto al qual permitieren se haga el duelo; y si fueren feudales, pasen (1401) inmediatamente á los señores Directos. Los combatientes y sus llamados padrinos (1402) incurran en la pena de excomunion, proscripcion de todos sus bienes (1403), y de infamia perpetua (1404); y deban ser castigados, segun los Sagrados Cánones

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(e) * Quomodo duellantes in Belgio puniendi sint, disce ex edict. 2. Novemb. 1596. 27. Februar. 1610. 14. Mart. 1636. 23. Novemb. 1667. 31. Mart. 1669. 13. August. 1671. Decret. 16. Julii 1685. Edict. 18. Decemb. 1701. art. 128. & 129. & edict. 20. Mart. 1706. verbo: *Homicide*.

consilium in causa duelli, tam in jure, quam facto dederint; (*a*) aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint; nec non spectatores excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocumque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.

CAPUT XX.

Immunitas, libertas, atque alia jura ecclesiæ principibus sæcularibus commendantur.

Cupiens sancta synodus ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo non solum restitui, sed etiam perpetuo sartam tectam à quibuscumque impedimentis conservari; præter ea, quæ de ecclesiasticis personis constituit; sæculares quoque principes (*b*) officii sui admonendos esse censuit; confidens eos, ut catholicos, (*c*) quos Deus sanctæ fidei, ecclesiæque protectores esse voluit, jus suum ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros; sed etiam (*d*) subditos suos omnes ad debitam erga clerum, parochos & superiores ordines reverentiam revocaturos; nec permissuros, ut officiales, aut inferiores magistratus ecclesiæ &

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Bulla Clementis 8. *Illius vices* 1592. declaratur & extenditur. (*b*) Cap. *Quoniam* 13. ※ de constitut. * (*c*) * Dist. 96. c. *Boni* 16. Caus. 23. q. 5. c. *Principes* 20. (*d*) Gratianus dist. 17. post. * c. *Concilia* 6. Dist. 96. c. *Quis dubitet* 9. & ** c. *Duo sunt* 10.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*b*) * Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept. (*c*) * Can. *Boni* dist. 96. est spurius. (*d*) * Can. *Concilia* 6. dist. 17. non Sym-

nes (1405), como homicidas; y si murieren en el mismo lance; carezcan por siempre de sepultura Eclesiástica (1406). Asimismo los que dieren consejo en causa de duelo, asi de derecho como de hecho ó de otro modo persuadieren (1407) á ello á alguno; é igualmente los expectadores estén sujetos al vínculo de la excomunion (1408) y maldicion perpetua: no obstante qualquiera privilegio ó mala costumbre aun inmemorial (1409).

CAPITULO XX.

Se recomienda á los Príncipes Seculares la inmunidad, libertad y demás derechos de la Iglesia.

Deseando el Santo Concilio que la disciplina eclesiástica, no solo se restablezca en el pueblo christiano, sino que se conserve perpetua, ilesa, y libre de qualesquiera impedimentos; además de lo que ha establecido acerca de las personas Eclesiásticas, ha juzgado á propósito advertir de su obligacion á los Príncipes Seculares, confiando, de que como católicos, los que quiso Dios fuesen protectores de la Santa Fé y de la Iglesia, no solo ayudarán á que se restituya su derecho á la Iglesia; sino que tambien harán que sus vasallos presten la debida reverencia al Clero, á los Párrocos, y á las órdenes superiores (1410); y que no permitirán que sus Oficiales ó Magistrados inferiores violen (1411) por algun motivo de interés ú otra pasion la inmunidad de la Iglesia y de las personas ecle-

Symmacho papæ, sed libello Ennodii est adscribendus, & in aliam omnino sententiam à Gratiano detortus est. ** Jam pag. 318. observatum est can. *Duo sunt* 10. dist. 96. à §. *Talibus igitur* 2. usque ad fin. adscribendum esse Gregorio 7. epist. ad Herimann. Metensem *lib*, 8, *epist*, 21.

& personarum ecclesiasticarum immunitatem, (*a*) Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent; sed una cum ipsis principibus debitam sacris summorum (*b*) pontificum, & conciliorum constitutionibus observantiam præstent. Decernit itaque, & præcipit, (*c*) sacros canones, & concilia generalia omnia, nec non alias apostolicas sanctiones, in favorem ecclesiasticarum personarum, libertatis ecclesiasticæ, & contra ejus violatores editas, quæ omnia præsenti etiam decreto innovat, exacte ab omnibus observari debere. Prætereaque admonet imperatorem, reges, respublicas, principes, & omnes, & singulos, cujuscumque status, & dignitatis extiterint; ut, quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius, quæ ecclesiastici juris sunt, tamquam Dei præcipua, ejusque patrocinio tecta, venerentur; (*d*) nec ab ullis baronibus, domicellis, rectoribus, aliisve dominis temporalibus, seu magistratibus, maximeque ministris ipsorum principum lædi patiantur; sed severe in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque jurisdictionem impediunt, animadvertant: quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, ecclesiarumque protectionem existant; (*e*) imitantes anteriores optimos, religiosissimosque principes, qui res ecclesiæ sua in primis

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) 1. Machab. 10. ℣. 31. & sqq. (*b*) Pii 2. epist. 2. (*c*) Dist. 86. c. *Pervenit* 26. Caus. 17. q. 4. c. *Si quis suadente* 29. Tit. ℣ de immun. eccles. Cap. *Quamquam* 4. de censib. in 6. Cap. *Felicis* 5. de pœnis in 6. Conc. Ticin. ann. 855. ℣. *Statuimus* & ℣. *Sancimus*. Conc. Aquisgran. 2. anno 836. c. 9. Conc. Later. sub Leone 10. sess. 9. & 10. (*d*) Plurima circa ecclesiarum immunitatem statuit Gregorius 14. in bulla *Cum alias* 1591. (*e*) Dist. 63. c. *Valentinianus* 3. * Dist. 96. c. *Constantinus* 13. & 14. & ** c. *Boni* 16. Dist. 97. c. *Ecclesiæ* 1.

eclesiásticas, establecida por precepto de Dios, y las disposiciones canónicas, sino que juntos con los mismos Príncipes, guarden el debido respeto á las Sagradas Constituciones (1412) de los Sumos Pontífices y de los Concilios: por tanto determina y manda á qualesquiera persona, se observen puntualmente los Sagrados Cánones (1413), y todos los Concilios generales, é igualmente las sanciones apostólicas, publicadas en favor de las personas Eclesiásticas de la libertad Eclesiástica, y contra sus quebrantadores; todo lo qual renueva tambien por el presente Decreto. Además amonesta al Emperador, á los Reyes, á las Repúblicas, á los Príncipes, y á todos en general, y en particular de qualquier estado y dignidad que fueren; que quanto mas abundantemente se hallen dotados de bienes temporales, y de extension de poder en los pueblos, tanto mas santamente veneren lo que pertenece al derecho Eclesiástico, como perteneciente principalmente á Dios, y defendido con su patrocinio; y no toleren se perjudique (1414) pos ningunos Barones, Señores, Gobernadores, y otros Señores Temporales ó Magistrados, y especialmente por los ministros de los mismos Príncipes; ántes bien castiguen severamente á los que impiden su libertad, inmunidad y jurisdicion; sirviendoles tambien ellos mismos de exemplo de piedad, religion y de proteccion de las Iglesias; á imitacion de los Príncipes tan buenos y religiosos como sus antecesores, que no solamente aumentaron las cosas de la Iglesia particularmente con su autoridad, y munificencia, sino que las vin-

(e) * Can. *Constantinus* 13. & 14. dist. 96. sunt spurii, ** Can. *Boni* 16 dist, 96, est spurius,

mis (*a*) auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum injuria vindicarunt. Adeoque ea in re quisque officium suum sedulo præstet; quo cultus divinus devote exerceri, & prælati, ceterique clerici in residentiis, & officiis suis, quieti, & sine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi, permanere valeant.

CAPUT XXI.

In omnibus salva sedis apostolicæ auctoritas maneat.

Postremo sancta synodus, omnia, & singula, sub quibuscumque clausulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina, tam sub fel. rec. Paulo III. ac Julio III. quam sub beatissimo Pio IV. pontificibus maximis, in hoc (*b*) sacro concilio statuta sunt, declarat, ita decreta fuisse, ut in is salva semper auctoritas sedis apostolicæ & sit, & esse intelligatur.

Decretum de continuanda sessione in diem sequentem.

Cum ea omnia, quæ in præsenti sessione tractanda erant, quia hora tarda est, commode expediri non possint; propterea juxta id, quod in generali congregatione à patribus statutum fuit, ea, quæ super-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Cum laicis* 12. ꝟ de reb. eccles. non alien. * (*b*) Sess. 7. de ref. in princ.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*a*) * In Belgio immunitas ecclesiastica regitur edictis principum, quæ va-

vindicaron de las ofensas agenas (1415). Y así cada uno cumpla exâctamente con su oficio; para que el culto Divino se exerza con devocion, y los Prelados y demás Clérigos puedan permanecer (1416) en los lugares de su residencia y en sus cargos, quietos y sin impedimento, con aprovechamiento y edificacion del pueblo.

CAPITULO XXI.

Quede salva en todo la autoridad Apostólica.

Finalmente el Santo Concilio declara que todas y cada una de las disposiciones establecidas con qualesquier cláusulas y palabras acerca de la reforma de las costumbres y la disciplina Eclesiástica en el presente Concilio, así en tiempo de Paulo III. y Julio III. de felíz memoria, como en el del Beatísimo Pio IV. Sumos Pontífices; se han decretado de suerte que en ellas quede y se entienda siempre salva la autoridad de la Silla Apostólica (1417).

Decreto para continuar la Sesion el dia siguiente.

No pudiendo despacharse cómodamente los asuntos que debian tratarse en esta Sesion por ser ya tarde; se difieren para mañana los que quedan, continuando-

varia pro locorum & temporum necessitate extant in libris edictorum Brabantiæ & Flandriæ. Pro immunitate locali, videri possunt edicta ad execut. synodi Camerac. ann. 1586. & Mechlin. ann. 1607. data. Item edicta 18. Septemb. 1542. 9. Jul. 1570. art. 66. 22. Jun. 1589. art. 22. 1. Jul. 1616. art. 21. Decret: 28. Januar. 1636. 20. Maji & 16. Jun. 1700. 22. Jun. 1736. 31. Octob. 1753. & litteras Principis Belgii præfecti ad episcopos datas 8. Octob. 1770.

persunt, in diem crastinam, hanc eandem sessionem continuando, differuntur.

CONTINUATIO

SESSIONIS DIE IV. DECEMBRIS.

Decretum de indulgentiis.

(81) Cum (*a*) potestas conferendi indulgentias à Christo ecclesiæ concessa sit; atque hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit: sacrosancta synodus indulgentiarum usum, Christiano populo maxime salutarem, & sacrorum (*b*) conciliorum auctoritate probatum, in ecclesia retinendum esse docet, & præcipit; eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt; vel eas concedendi in ecclesia potestatem esse negant. In his tamen concedendis moderationem, juxta veterem, & probatam in ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit; ne nimia facili-

VARIANTES.

(81) Cum potestas ligandi & solvendi, atque etiam indulgentias conferendi, à Christo ecclesiæ concessa sit, eaque potestate *edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Matth. 16. ℣. 19. Joan. 20. ℣. 23. * Caus. 24. q. 1. c. *Audivimus* 4. & c. *Quodcumque ligaveris* 6. Dist. 50. c. *Ut constitueretur* 25. ** Dist. 3. de pœnit. c. *Adhuc instant* 32. Totus tit. de pœnit. & remiss. in ※, in 6. & Clement. (*b*) Conc. Ancyran. per multa capita. Conc. Neo-Cæsar. c. 3. Conc. Nicæn. 1. c. 11. & 12. * Conc. Carth. 4. c. 76. ** Conc. Agath. c. 60. Conc. Claromont. sub Urbano 2. ann. 1095. c. 2. Conc. Lateran. sub Calixto 2. c. 11. Conc. Lugdun. 1. sub Innocentio 4. c. 14. & 17. Conc. Vienn. sub Clemente 5. Cap. *Cum ex eo* 14. ※ de pœnit. & remiss.

dose la misma Sesion, como lo han determinado los Padres en la Congregacion general.

CONTINUACION

DE LA SESION EL DIA 4 DE DICIEMBRE.

Decreto sobre las indulgencias.

Habiendo Jesu-Christo concedido á la Iglesia el poder de conceder indulgencias; y habiendo usado esta desde tiempo muy antiguo (1418) de este poder que Dios la dió: el Sacrosanto Concilio enseña y manda, que se debe conservar en las Iglesias el uso de las indulgencias, como muy saludable al pueblo christiano, y aprobado con la autoridad de los Sagrados Concilios; y condena con la pena de anatema á los que aseguran que son inútiles; ó niegan que la Iglesia no tiene potestad de concederlas (1419). Sin embargo, desea el Concilio que segun la antigua y aprobada costumbre de la Iglesia, se proceda con moderacion en su concesion; para que con la excesiva facilidad no se enerve la disciplina eclesiástica (1420). Y deseando tambien se enmienden y corrijan los abusos que en ellas se han introducido, y con motivo de los quales blasfeman los hereges de este nombre insigne de indulgencias, establece por el presente Decreto,

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(a) * Vitiosa apud Gratianum videtur inscriptio can. *Audivimus* 4. caus. 24. q. 1. in hunc modum restituenda: *Alexander* 2. *Guilelmo martioni*, sive *marchioni* ** Can. *Adhuc instant* 32. dist. 3. de pœnit. est spurius, desumtus ex cap. 5. libri de vera & falsa pænitentia, quod opus per imposturam Augustino tributum fuit. (b) * Conc. Carth. 4. est supposit. ** Potius conc. Epaonense c. 29.

litate ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus vero, qui in his irrepserunt, & quorum occasione insigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens, præsenti decreto generaliter statuit, (*a*) pravos quæstus omnes pro his consequendis, unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Ceteros vero, qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomodocumque provenerunt; cum ob multiplices locorum, & provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commode nequeant specialiter prohiberi; mandat omnibus (*b*) episcopis, ut diligenter quisque hujusmodi abusus ecclesiæ suæ colligat, eosque in prima synodo provinciali referat: ut aliorum quoque episcoporum sententia cogniti, statim ad summum Romanum pontificem deferantur: cujus auctoritate, & prudentia, quod universali ecclesiæ expediet, statuatur; ut ita sanctarum indulgentiarum munus pie, sancte, & incorrupte omnibus fidelibus dispensetur.

De delectu ciborum, jejuniis & diebus festis.

Insuper hortatur sancta synodus, & per sanctissimum Domini nostri, atque Salvatoris adventum pastores omnes obtestatur, ut tamquam boni milites illa omnia, quæ sancta Romana ecclesia, (*c*) omnium ec-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Clement. *Abusionibus* 2. de pœnit. & remiss. Confirmatur const. Pii 5. *Etsi Dominici* 1567. (*b*) Sess. 21. cap. 9. de ref. * (*c*) * Dist. 12. c. *Non decet* 1. (*2) Vigilius in epist. ad Eutherium. (*3) Felix 1. epist. 3. (*4) Caus. 3. q. 6. c. *Dudum* 9. (*5)

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*b*) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1587. tit. 2. cap. 3. & Me-

to, se destierren (1421) todas las ganancias ilícitas para conseguirlas, por haber sido la causa de muchos abusos que se han introducido en el pueblo christiano. En quanto á los demás que provinieron de la superstición, ignorancia, irreverencia, ó de qualquiera otro principio; como no pueden prohibirse individualmente por las muchas corruptelas que se cometen en diversos lugares y provincias; manda á todos los Obispos, que cada uno se informe cuidadosamente de los abusos de esta naturaleza que haya en su Iglesia, y dé cuenta de ellos en el primer Concilio Provincial: para que siendo tambien reconocidos por el parecer de los demás Obispos, se pongan inmediatamente en noticia del Sumo Romano Pontífice: á fin de que con su autoridad y prudencia resuelva lo que convenga á la Iglesia Universal; de modo que el tesoro de las santas indulgencias se distribuya entre todos los fieles con piedad, santidad y sin corrupcion (1422).

De la eleccion de manjares, de los ayunos y de los dias de fiesta.

Además exhorta el Santo Concilio, y por el Santísimo Adviento de nuestro Señor y Salvador ruega encarecidamente á todos los Pastores, á que como buenos

Mechlin. ann. 1607. tit. 6. (c) * Can. *Non decet* 1. dist. 12. est spurius. (*2) Vigilius adhuc pseudo-papa. (*3) Felicis 1. epist. 3. est spuria. (*4) Can. *Dudum* 9. caus. 3. q. 6. est spurius. (*5) De observantia dierum festorum in Belgio, præter synod. Camerac. ann. 1586. tit. 4. Mechlin ann. 1607. tit. 13. & edicta ad harum execut. data, consule varia edicta & statuta, quæ reperies part. 1. edict. Brab. pag. 58. & sqq. part. 3. pag. 153. & sqq. part. 5. pag. 1. & sqq. & part. 8. pag. 4. & sqq. Item part. 1. edict. Flandr. pag. 817. part. 2. pag. 33. & 34. pag. 171. art. 3. pag. 182. art. 3. & part. 3. pag. 8. & sqq.

ecclesiarum mater, & magistra, statuit; nec non ea, quæ tam in hoc concilio, quam in aliis œcumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulo commendent, omnique diligentia utantur, ut illis omnibus, & iis præcipue, sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia; vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, ut dierum festorum devota, & religiosa celebratio: admonentes populos crebro, (*a*) obedire præpositis suis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui vero contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

De indice librorum, catechismo, breviario, & missali.

Sacrosancta synodus (*b*) in secunda sessione, sub sanctissimo domino nostro, Pio IV. celebrata, delectis quibusdam patribus, commissit, ut de variis censuris, ac libris, vel suspectis, vel pernitiosis, quid facto opus esset, considerarent; atque ad ipsam sanctam synodum referrent; audiens nunc, huic operi ab eis extremam manum impositam esse; nec tamen ob librorum varietatem, & multitudinem, distincte, & commode possit à sancta synodo dijudicari; præcipit, ut quidquid ab illis præstitum est, sanctissimo Romano pontifici exhibeatur; (*c*) ut ejus judicio, atque auctoritate terminetur, & evulgetur. Idemque

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Luc. 10. ℣. 16. Ad Hebr. 13. ℣. 17. * Dist. 93. c. *Qui suis* 9. ** Caus. 7. q. 1. c. *Quia frater* 18. (*b*) Sess. 18. in princ. (*c*) Vide regulas subjectas de libr. prohib. *

nos soldados no cesen de recomendar á los fieles todas las cosas que la Santa Romana Iglesia, Madre y Maestra de todas las Iglesias, tiene establecido; y asimismo las que se han establecido en este Concilio, y otros Ecuménicos; y empleen todo cuidado en que obedezcan á todos aquellos preceptos, y especialmente los que conducen á la mortificacion de la carne, como es la eleccion de manjares y los ayunos; ó tambien los que sirven para acrecentar la piedad, como es la devota y religiosa celebracion de las fiestas (1423); amonestando con freqüencia á los pueblos á que obedezcan á sus Superiores: pues los que les oyen oirán á Dios remunerador; pero los que los desprecian, experimentarán la venganza del mismo Dios.

Del indice de los libros, del Catecismo, Breviario y Misal.

El Sacrosanto Concilio en la segunda Sesion que se celebró en tiempo de nuestro Santo Padre Pio IV. comisionó á algunos Padres escogidos expresamente para que viesen lo que era necesario hacer de varias censuras y libros sospechosos ó perniciosos; y que diesen cuenta al mismo Santo Concilio; y oyendo ahora que han dado la última mano á este trabajo; y que no es posible por la variedad y multitud de libros que el Concilio lo exâmine específica y cómodamente; manda que todo lo obrado por ellos se presente al San-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*a*) * Can. *Qui suis* 9. dist. 93. est spurius ** Can. *Quia frater* 18. caus. 7. q. 1. apud Gratianum adscriptus Pelagio papæ, nec Pelagio 1. nec Pelagio 2. convenit, sed integra epistola, ex qua desumptus est, sæculo 10. sub Pelagii nomine conficta videtur. (*c*) * Pro Belgio consule notata ibidem,

que de (*a*) catechismo à patribus, quibus illud mandatum fuerat, & (*b*) de missali, & breviario fieri mandat.

De loco oratorum.

Declarat sancta synodus, (*c*) ex loco assignato oratoribus, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, in sedendo, incedendo, aut quibuscumque aliis actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præjudicium; sed omnia illorum, & imperatoris, regum, rerumpublicarum, ac principum suorum jura, & prærogativas illesas, & salvas esse, in eodemque statu permanere, prout ante præsens concilium reperiebantur.

De recipiendis & observandis decretis concilii.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inveterata malitia, ut nihil tam clarum in fide nostra asserenda umquam fuerint, aut tam certo statutum; quod non, humani generis hoste suadente, illi errore aliquo contaminaverint. Ea propter sancta synodus id potissimum curavit, ut præcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnaret, & anathematizaret; veramque & catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout damnavit, anathematizavit, & definivit. Cumque tamdiu tot episcopi, ex variis Christiani orbis provinciis evocati, sine magna gregis sibi commissi jactura, & universali periculo ab ecclesiis abesse non possint; nec ulla spes restet, hæreticos, toties, (*d*) fide

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 24. cap. 7. de ref. (*b*) Vide const. Pii 5. *Superni* 1751. Clementis 8. *Cum in ecclesia* 1592. & Urbani 8. *Divinam* 1631.* (*c*) Sess. 2. in fin. (*d*) Sess. 13. 15. & 18. in fin.

Santísimo Romano Pontífice; para que con su juicio y autoridad se determine y publique (1424). Igualmente ordena (1425) á los Padres á quien se habia encargado la formacion del Catecismo, Misal y Breviario executen lo mismo.

Del lugar de los Embaxadores.

El Santo Concilio declara que por el lugar señalado á los Embaxadores, así Eclesiásticos como Seculares, para sentarse é ir en las Procesiones, ú en otros qualesquier actos, no se ha causado perjuicio alguno á ninguno de ellos; sino que todos los derechos y prerogativas de los mismos y del Emperador, Reyes, Repúblicas y Príncipes, quedan ilesas y salvas, y permanecen en el mismo estado en que se hallaban ántes del presente Concilio.

Se han de recibir y observar los Decretos del Concilio.

Ha sido tan grande la calamidad de estos últimos tiempos, y la inveterada malicia de los hereges, que jamás ha habido cosa tan clara para la confirmacion de nuestra fé, ó tan ciertamente establecida; que ellos persuadidos por el enemigo del género humano, no hayan contaminado con algun error: por esta razon ha procurado particularmente el Santo Concilio condenar y anatematizar los principales errores de los hereges del tiempo presente; exponer y enseñar la doctrina catolica, como

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(b) * Consule pro Belgio decret. 9. Jul. 1750. & 29. Octob. 1766.

de etiam publica, quam desiderarunt, invitatos, & tamdiu expectatos, huc amplius adventuros; ideoque tandem huic sacro concilio finem imponere necesse sit: superest nunc, (*a*) ut principes omnes, quod facit, in Domino moneat, ad operam suam ita præstandam, ut quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis depravari, aut violari non permittant; sed ab his, & omnibus devote recipiantur, & (*b*) fideliter observentur.* Quod si in his recipiendis aliqua difficultas oriatur; aut aliqua inciderint, quæ declarationem, quod non credit, aut definitionem postulent; præter alia remedia, in hoc concilio instituta, confidit sancta synodus beatissimum Romanum pontificem curaturum, ut vel evocatis ex illis præsertim provinciis, unde difficultas orta fuerit, iis, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam concilii generalis celebratione, si necessarium judicaverit, vel commodiore quacumque ratione ei visum fuerit, provinciarum necessitatibus, pro Dei gloria, & ecclesiæ tranquillitate, consulatur.

De recitandis decretis concilii sub Paulo III. & Julio III. in sessione.

Quoniam (*c*) diversis temporibus, tam sub fel. rec. Paulo III. quam Julio III. multa in hoc sacro conci-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Idem in fine quatuor primorum conciliorum generalium, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis. (*b*) Ne quis juramento se adstringat adversus concilii decreta, vetat Gregorius 13. in bulla *Inter Apostolicas* 1585. (*c*) Sess. 5. 6. 7. 13. & 14.

ADDIT. AD NOTAS CHIFFLET.

(*) Consule pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept.

mo lo ha hecho. Y atendiendo que tantos Obispos convocados de varias Provincias del Orbe christiano, no pueden estar ausentes tanto tiempo de sus Iglesias sin grave daño del rebaño que les está encargado, sin un peligro universal, y como además de eso no queda ninguna esperanza de que los hereges, convidados tantas veces, aun concediendoles el salvoconducto que deseaban, y esperados tanto tiempo, vuelvan aquí jamás; y que así, finalmente, es necesario dar fin á este Sagrado Concilio: falta solo amonestar en el Señor á todos los Príncipes, como lo hace, á que presten su auxîlio de tal modo, que no permitan que los hereges corrompan ó quebranten lo decretado por él; ántes bien los mismos Príncipes, y todos los demás, lo reciban devotamente, y lo observen con fidelidad. Pero si en su admision se suscitare alguna dificultad; ú ocurrieren algunos casos que pidan declaracion ó decision, lo que no cree suceda; además de los otros remedios establecidos en este Concilio, confia el mismo Santo Concilio, que el Beatísimo Romano Pontífice cuidará, de que llamando, especialmente de aquellas provincias donde naciese la dificultad, aquéllos sugetos que le pareciere para tratar del asunto, ó bien celebrando Concilio general, si lo juzgare necesario, ó por otro qualquier camino que tuviere por mas acertado, remediará las necesidades de las provincias para gloria de Dios y tranquilidad de la Iglesia (1426).

Leanse en plena Sesion los Decretos expedidos por el Concilio en tiempo de los Papas Paulo III. y Jullio III.

Mediante que en diversos tiempos, así en el de Paulo III. como en el de Julio III. de feliz memoria, se han establecido y definido en este Sagrado Conci-

cilio, quoad dogmata, ac morum reformationem, statuta, & definita sunt; vult sancta synodus, ut illa nunc recitentur, & legantur.

Recitata sunt. *

De fine concilii, & confirmatione petenda à sanctissimo domino nostro.

Illustrissimi domini, reverendissimique patres, placet ne vobis, ut ad laudem Dei omnipotentis huic sacræ œcumenicæ synodo finis imponatur? & omnium, & singulorum, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Julio III. quam sub sanctissimo domino nostro Pio quarto, Romanis pontificibus, in ea decreta, & definita sunt, (*a*) confirmatio nomine sanctæ hujus synodi per apostolicæ sedis legatos, & præsidentes à beatissimo Romano pont. petatur?

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Juxta Gelasium papam tract. 1. de anathematis vinculo. Apud *Labb. conc. tom. 4. pag.* 1227. & * Pelagium 2. papam in epist. decretali, ** & Marcellum in epist. decretali ad episcopos Antiochenæ provinciæ, & conc. Chalcedon. in fin. in epist. conc ad Leonem papam Dist. 19. c. *Si Romanorum* 1.

Res-

lio muchos puntos pertenecientes á los dogmas y reforma de las costumbres; quiere el Santo Concilio que ahora se reciten y lean.

Se recitaron.

Del fin del Concilio, y de que se pida su confirmacion á nuestro Santísimo Padre.

Ilustrísimos Señores y Reverendísimos Padres ¿Teneis á bien que para alabanza de Dios todo poderoso se dé fin á este Sagrado y Ecuménico Concilio? ¿Y qué por los Legados de la Silla Apostólica y Presidentes se pida al Beatísimo Romano Pontífice en nombre de este Santo Concilio la confirmacion de todas y cada una de las cosas que en él se han decretado y definido durante el Pontificado de Paulo III. y Julio III. de feliz memoria, y en el de nuestro Santísimo Padre Pio IV.?

ADDIT. AD NOTAS CHIFFLET.

(*) Quæ ad dogmata pertinent, lecta sunt integre, eorum vero, quæ pertinent ad reformationem, solum lectum est principium per reverendum dominum episcopum Cathaniensem, eo ordine, quem describit Odoricus Raynaldus ann. eccles. Tom. 21. part. 2. ad annum 1563. pag. 519. & 520. edit. Col. 1727. (a) * Pelagii 2. epist. 8. ad univ. episcopos est spuria. ** Marcelli epistola decretalis ad episcopos Antiochenæ provinciæ, est spuria,

Responderunt, Placet. (82)

Postmodum illustrissimus & reverendissimus cardinalis Moronus, primus legatus, & præsidens, benedicens, sanctæ synodo, dixit: Post gratias Deo actas, reverendissimi patres ite in pace. *Qui responderunt*, Amen.

ACCLAMATIONES PATRUM

IN FINE CONCILII.

CARDINALIS A LOTHARINGIA.

Beatissimo Pio papæ, & domino nostro, sanctæ & universalis ecclesiæ pontifici, multi anni, & æterna memoria.

RESPONSIO PATRUM.

Domine Deus, sanctissimum patrem diutissime ecclesiæ tuæ conserva; multos annos.

CAR-

VARIANTES.

(82) *In edit. Antv. Col. & Lov-Bog. verba legati Moroni subjiciuntur hoc modo:*

Verba illustrissimi legati Moroni.

Placuit omibus patribus finem huic sacro concilio imponi, confirmationemque à sanctissimo domino nostro peti: tribus duntaxat exceptis, qui confirmationem se non petere dixerunt. Ideoque nos apostolicæ sedis legati & præsidentes eidem sacro concilio finem imponimus: confirmationem vero quamprimum à sanctissimo domino nostro petemus. Vos autem, illustrissimi & reverendissimi patres, post gratias Deo actas, ite in pace.

Rem paulo aliter describit Odoricus Raynaldus annal. ecclesiast. tom. 21. *part.* 2. *ad annum* 1563. *pag.* 520. *edit. Col.* 1727. *Hic enim, postquam narrasset, patres fuisse rogatos, an eis placeret, ut confirmatio peteretur? subjicit:*

Et statim patres omnes interrogati singulariter à reverendissimis dominis Thelesino secretario & Castellanetensi episcopis, una nobiscum sacri con-

Respondieron : Lo tenemos á bien.

Despues el Ilustrísimo y Reverendísimo Cardenal Moron, primer Legado y Presidente, dando la bendicion al Santo Concilio dixo : despues de dadas gracias á Dios. Reverendísimos Padres, id en paz : los quales respondieron : Amen.

ACLAMACIONES DE LOS PADRES

AL FIN DEL CONCILIO.

EL CARDENAL LORENA.

Al Beatísimo Papa Pio IV. y señor nuestro, Pontífice de la Santa Iglesia universal, muchos años y eterna memoria.

RESPUESTA DE LOS PADRES.

Dios y Señor nuestro, conserva largos años á tu Iglesia nuestro Santísimo Padre.

concili, & aliis deputatis notariis suprascriptis, responderunt simpliciter per verbum PLACET, exceptis infrascriptis, qui responderunt, ut sequitur, videlicet : R. D. archiepiscopus Granatensis, *Placet quod finiatur, sed non peti confirmationem.* Reverendus dominus episcopus Dertusensis dixit, *Peto confirmationem, tamquam necessariam.* R. D. Pactensis, R. D. Salamantinensis, cum Dertusensi.

Quibus votis illustrissimis dominis legatis & præsidentibus relatis illustrissimus dominus cardinalis Moronus primus præsidens præfatus pronuntiavit hæc verba:

Verba primi apostolici legati.

Placuit omnibus finem huic sacro concilio imponi, confirmationemque á sanctissimo domino nostro peti, uno duntaxat excepto, qui eam confirmationem se non petere dixit. Ideoque nos apostolicæ sedis legati & præsidentes eidem sacro concilio finem imponimus, confirmationem vero quam primum à sanctissimo domino nostro petemus. Vos autem patres illustrissimi & reverendissimi, post gratias Deo actas, ite in pace.

CARD.

Beatissimorum summorum pontificum animabus, Pauli III. & Julii III. quorum auctoritate hoc sacrum generale concilium inchoactum est, pax à Domino, & æterna gloria, atque felicitas in luce sanctorum.

RESP.

Memoria in benedictione sit.

CARD.

Caroli V. imperatoris, & serenissimorum regum, qui hoc universale concilium promoverunt, & protexerunt, memoria in benedictione sit.

RESP.

Amen, amen.

CARD.

Serenissimo imperatori Ferdinando, semper augusto, orthodoxo, & pacifico, & omnibus regibus, rebuspub. & principibus nostris, multi anni.

RESP.

Pium, & Christianum imperatorem Domine conserva: imperator cœlestis terrenos reges, rectæ fidei conservatores, custodi.

EL CARDENAL.

Conceda Dios paz, gloria eterna y felicidad en la luz de los Santos á las almas de los Beatísimos Sumos Pontífices, Paulo III. y Julio III. con cuya autoridad se principió este Sagrado Concilio general.

RESPUESTA.

Sea bendita su memoria.

EL CARDENAL.

Sea bendita la memoria de Carlos V. Emperador, y de los Serenísimos Reyes que promovieron y protegieron este Concilio general.

RESPUESTA.

Amen. Amen.

EL CARDENAL.

Conceda Dios muchos años de vida al Serenísimo Emperador Fernando, siempre augusto católico y pacífico, y á todos los Reyes, Repúblicas y Príncipes nuestros.

RESPONDIERON.

Conserva, Señor, al piadoso y christiano Emperador: Guarda, Emperador de los Cielos, á los Reyes de la tierra, conservadores de la recta fé.

CARD.

Apostolicæ Romanæ sedis legatis, & in hac synodo præsidentibus, cum multis annis magnæ gratiæ.

RESP.

Magnas gratias: Dominus retribuat.

CARD.

Reverendissimis cardinalibus, & illustribus oratoribus.

RESP.

Magnas gratias, multos annos.

CARD.

Sanctissimis episcopis vita, & felix ad ecclesias suas reditus.

RESP.

Præconibus veritatis perpetua memoria: orthodoxo senatui multos annos.

CARD.

Sacrosancta œcumenica Tridentina synodus: ejus fidem confiteamur, ejus decreta semper servemus.

EL CARDENAL.

Grandes acciones de gracias á los Legados de la Sede Apostólica Romana, y Presidentes de este Concilio, á quienes dé Dios mucha vida.

RESPUESTA.

Muchas gracias: el Señor les recompense.

EL CARDENAL.

A los Reverendísimos Cardenales é Ilustres Embaxadores.

RESPUESTA.

Muchas gracias y muchos años.

EL CARDENAL.

Dé Dios larga vida y feliz viage á sus Iglesias á los Santísimos Obispos.

RESPUESTA.

Quede perpetua la memoria de los Proclamadores de la verdad: y goce de mucha vida el Senado Católico.

EL CARDENAL.

El Sacrosanto y general Concilio Tridentino: confesemos su fé, y observemos siempre sus decretos.

RESP.

Semper confiteamur, semper servemus.

CARD.

Omnes ita credimus: omnes id ipsum sentimus omnes consentientes, & amplectentes subscribimus. Hæc est fides beati Petri, & Apostolorum: hæc est fides patrum: hæc est fides orthodoxorum.

RESP.

Ita credimus; ita sentimus; ita subscribimus.

CARD.

His decretis inhærentes, digni reddamur misericordiis, & gratia primi, & magni supremi sacerdotis, JESU CHRISTI Dei, intercedente simul inviolata domina nostra sancta Deipara, & omnibus sanctis.

RESP.

Fiat, fiat: amen, amen.

CARD.

Anathema cunctis hæreticis.

RESP.

Anathema, anathema.

RESPUESTA.

Confesemosla siempre , y guardemoslos siempre.

EL CARDENAL.

Todos así lo creemos : todos somos de un mismo sentir , y todos consitiendolo y abrazandolo firmamos. Esta es la fé de San Pedro y de los Apóstoles: Esta es la fé de los Padres : Esta es la fé de los Católicos.

RESPUESTA.

Así lo creemos ; así lo sentimos ; y en este concepto lo firmamos.

EL CARDENAL.

Insistiendo en estos Decretos , hagamosnos dignos de las misericordias y gracia del primero y gran Supremo Sacerdote Jesu-Christo Dios , intercediendo juntamente la Purísima Vírgen Señora nuestra , y todos los Santos.

RESPUESTA.

Asi sea , asi sea : Amen. Amen.

EL CARDENAL.

Anathema contra todos los hereges.

RESPUESTA.

Anathema. Anathema.

Post hæc mandatum fuit à legatis, & præsidentibus sub pœna excommunicationis, omnibus patribus, ut, antequam discederent è civitate Tridentina, subscriberent manu propia decretis concilii; aut ea per publicum instrumentum approbarent. Qui omnes deinde subscripserunt, & fuerunt numero 255. videlicet, legati 4. cardinales 2. patriarchæ 3. archiepiscopi 25. episcopi 168. abbates 7. procuratores absentium cum legitimo mandato 39. generales 7.

LAUS DEO.

Concordat cum originali: in cujus fidem subscripsimus:

Ego Angelus Massarellus, episcopus Thelesinus, sacri concilii Tridentini secretarius.

Ego Marcus Antonius Peregrinus, Comensis, ejusdem concilii notarius.

Ego Cynthius Pamphilus, clericus Camerinensis diœcesis, ejusdem concilii notarius.

Despues mandaron los Legados y Presidentes, só pena de excomunion, á todos los Padres, que ántes que se ausentasen de la Ciudad de Trento firmasen de propia mano los Decretos del Concilio; ó los aprobasen con público instrumento: los que firmaron despues en número de 255: es á saber, 4 Legados, 2 Cardenales, 3 Patriarcas, 25 Arzobispos, 168 Obispos, 7 Abades, 39 Procuradores de ausentes, y 7 Generales de Ordenes.

LAUS DEO.

Concuerda con su original: en fé de lo qual lo firmamos:

Yo Angel Massarelli, Obispo de Thellese, Secretario del Santo Concilio de Trento.

Yo Marco Antonio Peregrini, de Como, Notario del mismo Concilio.

Yo Cyntio Pamphili, Clérigo de la Diócesis de Camerino, Notario del mismo Concilio.

INDICE

De las Sesiones que contiene este tomo.

Sesion Décimanona.......................... pág. 3.
Sesion Vigésima.......................... 5.
Sesion Vigésimaprima.......................... 7.
Sesion Vigésimasecunda.......................... 41.
Sesion Vigésimatercia.......................... 91.
Sesion Vigésimaquarta.......................... 151.
Sesion Vigésimaquinta y última.......................... 259.

ER-

ERRATAS.

Pág. 9. lin. 6. dice el espiritu, diga *es espiritu.* pág. 45. lin. 4. asimismo, diga *á sí mismo.* pág. 47. lin. 6. dice asimismo, diga *á sí mismo.* pág. 119. lin. 18. dice ordenado, diga *ordenando.* pág. 125. lin. 26. dice se haga, diga *se hará.* pag. 139. lin. 6. dice á mas los ricos, diga *á los mas ricos.* pág. 169. lin. 17. dice el matrimonio, diga *en matrimonio.* Idem lin. 28. dice conyuges, diga *conyuges á.* pág. 177. lin. 7. dice sufran, diga *sufra.* pág. 223. lin. 11. dice casas, diga *cazas.* pag. 261. lin. 2. dice por ella, diga *por ellas.* pág. 283. lin. 2. dice permitido en que, diga *permitido que.* Idem lin. 12. dice Perfecta, diga *Prefecta.*

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANO-AMERICANOS
BIBLIOTECA

SACROSANTOS
CONCILIOS
GENERALES
PARTICULARES

4

9
2163

E-7
9/2163